This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

AF HÆNDET FRA BIBLIOTHEKET



Digitized by Google

Digitized by Google

2401. c. 124

Digitized by Google

Digitized by Google

Gestochen von J.C. Schlotterbeck, Hofkupferstecher in Stuttgard.

Patriotisches Archiv

für

Deutschland.

Sechster Band.

Von allen Seiten recht

Mannheim und Leipzig
bey C. F. Schwan und G. C. Götz.

1787.

Digitized by Google

27.4.1912

Digitized by Google

I.

Fortsezung

der

Schreiben

und

Staatsschriften

von

König Gustav Adolph

in Schweden

und

dem Reichs-Canzler

Axel Oxenstiern.

Von 1625. bis 1638.

Digitized by Google

Digitized by Google

XXXVIII.

Schreiben König Guſtav Adolphs an die General-Staaten der vereinigten Niederlande, vom 10. May 1625.

Aus einer Canzley-Handſchrift.

Guſtavus Adolphus &c.

Illuſtres ac Potentes, boni Amici & Foederati. Reddidit Nobis paucis abhinc diebus literas veſtras datas 14. & 16. Februarii hujus anni Nobilis, Nobis ſincere dilectus, Adrianus Balthaſarus de Flodorp, Dnus de Weel & Lenth, & ſimul expoſuit ſummas difficultates & anguſtias veſtras, petens, ut miſſo ſubſidio ex foedere debito rebus veſtris ſuccurreremus. Senſimus jam dudum & vidimus cum dolore molem omnem belli, rebus per Germaniam propemodum perditis, in unicum veſtrum Belgium derivari, nec ignoramus, Vobis ſervatis plurimum ſecuritatis Nobis, ceterisque Regibus & Principibus

Digitized by Google

Evangelicis accreſcere, fractis vero aut in Hiſpani poteſtatem, quod Deus avertat, redactis, pericula noſtra in immenſum augeri. Quæ cum videamus, & Pontificiorum conſilia huc intelligamus intendere, quo per Belgium aliquando Nos & cæteros invadant, armaque ſua promtius expediant, certe & de ſtatu veſtro, amico & foederato noſtro, ſollicite & prævidentes, prævenireque cupientes pericula propria, in id unice elaboravimus, ut vel miſſo ſubſidio, foedere præſcripto, onera veſtra ſublevaremus, vel aliqua belli diverſione pericula veſtra minueremus: Quo minus vero in hunc diem teſtari potuerimus, quantopere moveamur periculis veſtris, & quam avide Vobis ſuccurrere cupiamus, obſtitere inducarum Polonicarum brevitas, nunquam excedens unius anni ſpatium; earundem, quod nullis futidamentis inniterentur, incertitudo; Regis Poloniæ hoſtiles molitiones, & denique graves cum cæteris vicinis controverſiæ, quæ ſi recte fuerint æſtimata, atque ea pericula, quæ ſoli ſine cujusquam acceſſu ex hac ſeptentrionali parte nomine Evangelicorum omnium ſuſtinere cogimur, æqua lance ponderata, ſperamus Nos non vobis modo foederatis noſtris, ſed cuivis recte judicanti le excuſatos fore.

Digitized by Google

Quamquam vero hoc rerum noſtrarum ſtatu de Nobis ipſis & per latera noſtra ceteris amicis foederatisque noſtris tuendis potius cogitandum videatur, tamen, quod jamdudum intellexerimus, Vos premi graviſſimi belli onere, putavimus e re & uſu tam veſtro quam communi omnium eſſe, ut ſine mora ad vos mitteretur ſubſidium noſtrum foedere præſcriptum, ſicuti literis antea ad vos miſſis reſtati ſumus; nunc vero de novo a vobis ſollicitati in procinctu fuimus, ut miles noſter Gothoburgenſis verſus progrederetur, navibusque noſtris impoſitus trajiceret. Interim dum hiſce intenti ſumus, advenit a Sereniſſimo Rege Daniæ Legatus, qui nomine ſui Domini Nos ſollicitavit, ut cauſam communem ac reſtitutionem rerum Germanicarum una cum Ipſius Dilectione procurandam ſuſciperemus, cumque inter alia, quo minus id a Nobis commode fieret, ſubſidium Vobis mittendum obſtaret, Dilectio Ipſius diſertis verbis teſtata eſt, Vos eo caſu non invitos ſubſidio noſtro hoc anno renunciaturos, idque ordinarium Regis Britanniæ Legatum apud Vos reſtatum eſſe, cum belli diverſio plus profit Reipublicæ veſtræ, quam copiæ noſtræ, ſi quæ miſſæ fuerint, auxiliares.

Digitized by Google

Itaque duximus tantisper retinendum auxilium nostrum, donec hisce consiliis belli pro re communi suscipiendi ex omni parte intenti fumus atque intellexerimus, quid amici nostri, quorum interest, rem collapsam restitui, de cunctis statuerint & Vos animum vestrum uberius Nobis explicueritis. De Nobis inprimis vobis persuadeatis, Nos eo affectu complecti Rempublicam vestram, ut ejus pericula non minus, quam nostra, amota velimus, nihilque simus intermissuri, quod pro salute vestra, sine grandi periculo nostro, fieri possit. Deus O. M. Vos Rempublicamque vestram salvam & incolumem diutissime conservet. Dabantur in arce nostra Stockholmensi, die 10. Maji An. 1625.

Gustavus Adolphus.

XXXIX.

Schreiben König Christians IV. in Dännemark an K. Gustav Adolph in Schweden, vom 23. May 1625.

Aus einer Reichs-Canzley-Handschrift.

Nos Christianus Quartus, D. G. Daniæ &c. Rex &c.

Serenissime ac Potentissime Princeps, Fra-

Digitized by Google

ter, Conſanguinee, Affinis, Vicine & Amice chariſſime. Amica & bona Dilectionis Veſtræ reſolutio, quam decima hujus Stockholmiæ datam Legato ac Conſiliario noſtro dilecto Nobis ſincere fideli Chriſtiano Thomaſſon ad ea, quæ nomine ac mandato noſtro Dil. V. petita & negotia propoſuerat, exhiberi mandaverat, recte Nobis tradita eſt: ex qua ſingularem Dilectionis Veſtræ affectionem & benevolam tam erga Nos, quam rei communis incrementa propenſionem libentiſſime percepimus. Gratias itaque maximas Dilectioni Veſtræ agimus, quod animi ſui ſententiam & conſilium tam candide Nobiscum communicare voluerit. In qua quidem reſolutione copiam optimarum & prægnantium rationum reperimus, quæ totum hoc negotium magnopere promovere, ejusque proſpero ſucceſſui & eventui plurimum conducere poſſunt; & optandum certe eſſet, ea conſilia jam antea executioni mandata fuiſſe, cui quidem rei etiam libenter Nos accommodaſſemus. Sed quoniam ex Dil. Veſtræ reſolutione intelligimus, eam conſultum ducere, ut de aliis conditionibus, quibus ſe huic negotio admiſceat, tractetur, idque multum adhuc temporis requirere velle videatur: & nos intentionem ac propoſitum

Digitized by Google

noſtrum, pro tempore lucrando, eousque jam deducimus, ut in ipso velut opere & actu conſtitutum id jam ſine maxima noſtra incommoditate differre, vel inchoatum opus confundere nequeamus. Idcirco Electori Brandenburgenſi omnem hanc rem & optimam Dilectionis Veſtræ opinionem diligenter perſcripſimus, ut ipſe ſummum & neceſſarium hoc negotium pro rei communis utilitate omni cum diligentia ulterius promoveat, omnino non dubitantes, quin Sua Dilectio id unice ſibi curæ cordique eſſe patiatur. Nos pro parte noſtra omnibus modis, quantum poſſibile Nobis fuerit, id negotii per divini Numinis opem & auxilium promovere atque urgere non deſinemus, omnino certi, Dilectionem Veſtram, quæ ſua eſt ſingularis affectio, hoc rerum ſtatu, longe proſpicientem periclitantemque rem communem non deſerturam, quin eidem potius conſilio & auxilio affuturam; id quod Omnipotens Deus ex omni parte felix fauſtumque eſſe velit. Atque hæc ſunt, quæ Dil. Veſtræ pro amicæ vicinitatis neceſſitudine breviter ſignificare voluimus. Quæcunque Dil. V. gratificare poterimus, ad eam ſemper perquam benevolos paratosque nos exhibebimus. Quibus Dil. V. divinæ protectioni per-

Digitized by Google

amice commendamus. Datum in arce noſtra Steinbergenſi die 23. Maji An. 1625.

Dilectionis Veſtræ

bonus amicus, frater, affinis & vicinus

Chriſtianus R.

XL.

Schreiben des Reichs-Canzlers Axel Oxenſtiern an G. R. Camerarius, vom Jahr 1625.

Aus einer bloſen Abſchrift.

Cum Rege Daniæ quales nobis intercedant controverſiæ, noſti. Hiſce ut moderemur, vix tandem impetravimus, ut Commiſſarii utriusque Regni antiquo more congrederentur ad limites, cunctisque rationibus expenſis, de mediis agerent, tollendi lites, firmandique amicitiam. Iſti negotio ex noſtra parte Ego cum tribus Collegis meis, ex altera Cancellarius Regi Daniæ Friſius, atque tres alii Senatores deputati ſumus. Convenimus ad Marckarit 21. Maji atque in hoc congreſſu noſtro varia conſilia ex diverſo animorum motu agitata ſunt. Diſceptavimus aliquando cum contentione, iterum media componendarum

Digitized by Google

controverſiarum propoſuimus, ſed quæ a nobis offerebantur, ipſis haud arridebant, & quæ nobis proponebantur; non erant e ſtatu & re noſtra. Negotium ſæpe verſabatur in eo ordine, ut exitus bello, quam amicitiæ, ſimilior appareret. A multis annis hoc ſibi perſuaſum habuere Dani, inprimis inflati nuperi belli felici ſucceſſu, nihil nos contra auſuros, maxime bello implicitos Polonico. Nunc ad aliud nobis conſtitutum vident, velleque vel juſtam tranquillitatem, vel nullam, coepere paulum ſuetos mores mutare, ſeque tempori accommodare. Ceſſerunt itaque ac renuntiarunt in perpetuum actioni prætenſæ in vectigalia noſtratium, per qua nobis tantum negotii jam per aliquot annos fecerunt, tantaque cum contentione depugnarunt. Paſſi quoque ſunt ſuorum hominum commercia, quæ diffundi per totum Regnum noſtrum antehac volebant, nunc reſtringi ad 4. civitates maritimas ac ſex oppidula limitanea. Certificationes, uti vocant, mercium per fretum vehendarum more antiquo firmari debere conceſſerunt, nullo interpoſito juramento, atque documenta illa Ruthenicæ ceſſionis in Lapponia, ob quam etiam ad invidiam atque odium usque hactenus nobis moleſti fuerunt, deſe-

Digitized by Google

ruere. Fuit etiam de aliis rebus contentio, inprimis de vectura pulveris pyrii atque armorum per fretum. Verum ſepoſita utrinque omni de jure diſceptatione, quod illa ſecum ferre videretur plurimas controverſias ſine bello haud ſæpiendas, viſum eſt e re communi eſſe, ut, quæ acta eſſent, traderentur oblivioni atque in poſterum ſolus ab antiquo mos & uſus obſervaretur. Convenit tandem inter nos, ut firma ſtabilisque maneret amicitia inter Sereniſſimos Reges noſtros ac Regna & foedera tam antiqua, quam recentia iterum ſint renovata ac firmata. Atque his fuit exitus congreſſus noſtri, quod ideo ſcripſi paulo uberius, ut rerum ſtatum recte queas cognoſcere. Mittem ad te exemplar pactorum, ubi Stockholmiam rediero atque e Suecico in Latinum transferri curavero. Unum eſt, quod Te admonere oportet, uti des operam, quo poſſis intelligere, quomodo Rex Daniæ acta hæc interpretetur atque accipiat. Haud enim omnia ipſi ex voto ceſſerunt, nec dubium eſt, quin conſilium in multis, metu impendentis periculi, mutaverit, cum omnia apud nos ob interpoſitas inducias Polonicas eſſent paratiſſima, apud ipſum nihil, ad tantam vim ſuſtinendam, apparatus bellici. Itaque noſtra eſt

Digitized by Google

cognoſcere, quomodo hæc acceperit, ut de fururis tanto queamus melius dijudicare meliusque noſtris proſpicere.

Scribis ad me, auditum Tibi eſſe, proditionem quandam hic motum a ruſticis & Jeſuitas quosdam in aula noſtra deprehenſos, quorum motuum ordinem ac modum cognoſcere cupis. Vellem, mihi ad manum eſſe, qui te de iſtis edoceret atque operam dabo, ut id fiat in poſterum accuratius. Interim ſcias velim, motum illum ruſticorum ad Calmariam ortum, magni quidem fuiſſe periculi, niſi in herba fuiſſet oppreſſus. Conſpiraverunt pauci quidam ruſtici cum aliquot gregariis militibus, initio quidem odio tribuni Rodwen ac ſuorum Capitaneorum, deinde faſtidio conſcriptionis militum ac transmarinarum expeditionum bellicarum. Hæcque conſilia ad plures deinde ceperant extendi ac pervagare aliquot territoria, eoque homines quosdam fanaticos impulerunt, ut de occidenda omni nobilitate Regeque ipſo exterminando ceperint agere. Sed detecta conſpiratione partim capti ſunt conjuratores, ac de iis ſupplicium ſumtum, partim cum ſeſe dedere nollent, tres illorum præcipui injecto in tugurio, ubi erant, igne exuſti, ſublatis capitibus motus

Digitized by Google

omnis conſedit. De Jeſuitis ita ſe res habet. Duo fuere hic Pontificii, Religionem Evangelicam ſimulantes, unus Conſul Telſenſis, Zacharias Anthelius, alter e Cancellaria Regia Georgius Behrius, quondam viri honeſti Secretarii filius, uterque olim Ducis Caroli Philippi ſcriba. Hi duo advocarunt Jeſuitam quendam e Germania, illumque Telſæ foverunt per 17. ſeptimanas, donec re prodita per *Muſicum* Regium & Pontificium, & Jeſuita & duo illi capti ſunt. Hactenus nihil aliud faſſi ſunt, quam quod religionem Pontificiam propagare ſtuduerint atque quosdam ejus religionis nobis ſuſpectos reddiderunt. Supplicium *de ipſis* nondum erat ſumtum, cum Holmiæ diſcederim. Nunc audio, etiam filium Meſſenii, inſignem nebulonem, captum Calmariæ eſſe. Quid ille afferat, intelligemus propediem, ac ſi id alicujus fuerit momenti, curabo, ut id ad te perſcribam.

XLI.

Schreiben K. Guſtav Adolphs an König Chriſtian IV. in Dännemark, vom 10. Jun. 1625.

Aus einer Reichs-Canzley-Handſchrift.

Nos Guſtavus Adolphus &c. Salutem &c.

Sereniſſime ac Potentiſſime Princeps, Fra-

Digitized by Google

ter chariſſime, Conſanguinee, Vicine & Amice ſingularis. Ex amiciſſimis Dilectionis Veſtræ literis 23. Maji Steinburgi ſcriptis percepimus bonæ intentionis noſtræ reſolutionem, quæ Dilectionis Veſtræ Legato ac Conſiliario, Nobis ſincere dilecto, Chriſtiano Thomæ in Landerup, ad expoſita a ſe Dilectionis Veſtræ mandata dari juſſimus, Dil. Veſtræ gratam acceptamque fuiſſe; conſideranti multas magnasque in ea rationes inveniri, quæ rem communem magnopere promovere poſſent, ut optandum eſſet, eadem conſilia executioni mandata fuiſſe, cui quidem rei Dil. Veſtra libenter ſeſe accommodaſſet. Sed quoniam Dilectio Veſtra ex eadem reſolutione noſtra intelligit, nobis conſultum videri, aliis ut conditionibus huic rei nos immiſceamus, quæ aliquantam adhuc temporis moram requirant & eousque intentionem ſuam hactenus perduxerit, ut in ipſo velut opere actuque conſtituta, non poſſit ſine maxima incommoditate differri: idcirco Dilectio V. Electori Brandenburgenſi hoc negotium promovendum per literas recommendaſſe. Interea temporis velle Dilectionem Veſtram etiam pro parte ſua hoc opus promovendo urgere, non dubitantem, quin etiam Nos hoc rerum ſtatu longe proſpicientem

Digitized by Google

ſpicientem rem communem non deſeramus, ſed porius conſilio & ope eidem ſuccurramus, prout hæc omnia Dilectionis Veſtræ literæ uberius demonſtrant.

Quibus ut amice reſpondeamus, inprimis gratiſſimum Nobis eſt, quod ex ſincero animo profecta communicatio noſtra tam amice candideque a Dilectione Veſtra accepta & intellecta ſit: magnasque Dilectioni Veſtræ gratias agimus, quod Nobis viciſſim per amicas hasce ſuas præſentem rerum ſtatum & propoſitum ſuum tam confidenter aperire voluerit. Quamobrem id unice Nobis curæ cordique erit, ut eadem illa bene cepta correſpondentia pro parte noſtra diligenter ſuſtineatur. Duo autem ab initio communi cauſæ ſubvenire conſtitueramus, & quibus ex cauſis poſtea coacti ſumus, conſilia noſtra ex parte mutare, id non dubitamus, quin ex data reſolutione Dil. Veſtra amice perceperit, inprimis quidem, quod ob incidentes conſiliorum noſtrorum mutationes & remotiorem Regni noſtri ſitum, non poſſimus ſine certis conditionibus, quæ poſſibilitatem & ſpem proſperi eventus important, huic nos negotio immiſcere. Quapropter etiam Dilectio Veſtra non minus Nobis gratum fecerat, quod

Digitized by Google

Electori Brandenburgensi hanc rem promovendam urgendamque recommendavit. Præcipue vero, quod Dilectio Vestra, ut tempus lucretur, eousque in ipso actu & opere progressa sit, ut id jam ulterius differre nequeat, sed potius, quantum possibile est, pro parte sua, divina gratia auxiliante, rem publicam juvare ac promovere intendat. Optamus a Deo, certoque speramus, quod Dilectionis Vestræ proposito atque instituto sua gratia sit affuturus. Et quemadmodum animus ac voluntas nostra semper benevola & ad communis causæ sustentationem directa fuerat: ita Dilectionem Vestram certo assecuramus, modo ceteri, quorum interest, aliquo se modo accommodent, ut aliquam possibilitatem videre queamus, Nos tunc, pro commoditate nostra, semper in procinctu & paratos fore, ad periclitanti causæ communi succurrendum.

Quoniam vero tempus magnopere labi jam incipit & ab exhibitis Suæ Dil. Magnæ Britanniæ Regis ad Nos missi Legati, Nobis sincere dilecti, Domini Jacobi Spensii, Equitis aurati, mandatis aliquo modo percipiamus, factas a Nobis propositiones iis in partibus difficiliores visas esse ac propterea ulterius ad deliberandum dilatas; ut ita tam ex illis,

Digitized by Google

quam hisce Dilectionis Vestræ literis intelligamus, antequam certi aliquid concludi possit, plerasque hujus anni occasiones Nobis e manibus elapsas iri, Nosque ob utilitates causæ communis controversiam Nobis cum Polonis intercedentem hactenus in terminis incertitudinis detinuerimus, ut induciæ non sint continuatæ: idcirco, dum Reges, Principes, Domini ac Respublicæ, quorum interest, salutem publicam restitui, rem omnem apud se examinent ac perpendant, constituimus tantisper in Livoniam transnavigare, ut interim, divina favente gratia, a Polonia aut prolixioribus & honestis induciis nobis caveatur, ut eo melius reipublicæ postea succurramus, aut bello Polonum distineamus, ne tam libere vel Ligistis subveniat, vel in amicos & necessarios nostros, ut fertur, impetum faciat, vel Dilectionem Vestram in suo instituto illic terrarum interturbet. Neque tamen profundius Nos illic per Dei gratiam rebus immergamus, quam ut in omnem eventum in procinctu paratique esse possimus; si notabilis aliqua necessitas ingruat, ad amicis & sociis nostris periclitantibus subveniendum, cum ejus mature fuerimus moniti. Atque hæc sunt, quæ ita Dilectioni Vestræ amice communicata volui-

Digitized by Google

mus, ſemper parati promtique ad ea omnia præſtandum, quæ Dilectioni Veſtræ grata acceptaque eſſe cognoverimus. Quibus etiam cum proſperi ſucceſſus voto clementi Omnipotentis Dei protectioni Dil. V. amice commendamus. Ex Regia noſtra Stockholmenſi die 10. Junii Anno 1625.

XLII.

Schreiben des Reichs-Canzlers an G. R. Camerarius, den 10. Junius 1625.

Aus dem Original.

Magnifice Vir.

Negligentia mea factum, quod non prius communicaverim tibi ea, quæ Legati, Danicus & Brandenburgicus S. R. Mri Domino meo clementiſſimo propoſuerunt, quæque reſponſi loco retulerunt. Ut vero in eo eſſem negligentior ac me id impune poſſe putarem, inde evenit, quod propoſitio Legatorum orta ex veſtris conſiliis appareret & jam dudum mihi per notas ſecretiores, ſeu Ouvertures ſecretes innotuiſſet: reſponſum vero Regis mei maxima ſui parte contineretur literis meis ad te, cum Nobili Schulemanno datis, nec du-

Digitized by Google

bito, quin omnia ex ipsa Brandenburgica aula cognoveris.

Interea venit ad nos Dn. Spenſius, isque ſuo adventu & expoſitis mandatis a Rege Britanniæ acceptis, ſcrupulum nobis injecit, hunc annum deliberationibus conſumtum iri. Propoſitas enim ante annum conditiones ſuſcipiendæ expeditionis Rex Britanniæ veluti nimis oneroſas & graves rejicit, nihil ſe amplius adſeverat conferre poſſe, quam ſumtus in mille equites & 6000. pedites, ſub ſignis Regis Daniæ, ac videtur quodammodo S. R. Mtem excuſare ab ipſa expeditione, ſicuti illa videbis ex capitibus propoſitionis Britannicæ. Subtractis itaque Anglicis ſubſidiis, gravibus quoque & propemodum intolerabilibus conditionibus ſubſidio Gallico annexis, Germanicis Principibus vacillantibus, & cunctis ad diuturnam & prolixam deliberationem conjectis, non eſt difficile exiſtimare, annum hunc, rerumque gerendarum occaſiones omnes, citius elapſuras, quam ut quicquam ſtatui, nedum ſuſcipi a Rege meo poſſit. Accidit etiam hoc incommodi ex iſthac mora & procraſtinatione, ut, cum incertum eſſet, quorſum reliqui amici, quorum intererat, rem communem reſtitui, conſultiſſimum judicarent, & maxime e re

Digitized by Google

communi, arma noſtra ferre verſus Poloniamne an in Germaniam? Rex meus nec continuare potuerit inducias cum Polono, nec certi aliquid de pace bellove cum illo hoſte conſtituere, quia potius eo conſilia ſua dirigere habuerit neceſſe, ut eſſet ſibi juſti belli poteſtas, ſi per Poloniam, aut ditiones Polono ſubjectas, rem communem reſtitui ceteri amici cuperent. Magna haec difficultas eſt in conſiliis de republica capiendis, maximi mali loco cenſenda, conflictari cum perpetua conſiliorum incertitudine, quae Nos hucusque ſuſpenſos tenuit, ut nec cauſae communi inſervire, nec rebus noſtris proſpicere potuerimus. Interim reſponſum Regi meo a Regi Daniae redditur, bonum quidem & amicitiae plenum, verum iſtiusmodi, ut non ſit difficile judicare, tempus rei gerendae multo ante elapſum iri, quam quicquam de hoc tanto negotio conſtitui poſſit. Sua igitur Regia Majeſtas, Dominus meus, videns, conſilia haec nondum eſſe matura, precatus Regi Daniae eſt felicem ſucceſſum, paratum ſe ad omnia, quae ſunt utilia amicis laborantibus, fore Regi Britanniae reſpondit, cum conſilia maturiora capta fuerint. Atque interim, dum deliberatur, ne rerum noſtrarum occaſiones elabantur,

Digitized by Google

statuit, se in Livoniam conferre, ut vel transigat cum Polono, quo in posterum securius agere queat causam communem, vel Polonum bello destineat, ne in Marchiam impune irrumpere, disturbaturus consilia Regis Daniæ ac Principum Germaniæ, aut Ligæ subsidio venire commode queat, ut si minus oppugnatione, saltem belli diversione Rex meus amicos juvet, sicuti hæc omnia ex adjunctis, resolutione Spensio data, & communicatis inter Reges, meum & Daniæ, literis, hæc omnia accuratius intelliges. Noris tamen, Regi meo, etsi consilia nostra parumper ob incidentia quædam turbata sunt, nihilo minus eundem manere animum, rem communem amicosque juvandi, cum occasio matura se obtulerit, ac ceteri amici id consulto expetierint, neque se, juvante Deo, Polonicis negotiis altius intricaturum, quam ut rebus id exigentibus partus nihilominus esse possit succurrendæ laboranti communi causæ.

Ad Polonum quod attinet, obtinet is antiquum, Rex & Ordines colludunt inter se, ut Nos decipiant, in Comitiis bellum, ad limites pacem urgentes, nec quis facile dixerit, simulatene omnia, an quicquam serio agant? nemo tamen omnium est, qui non cuncta ad

Digitized by Google

nos decipiendos & temporis lucrum contulerit. Videbis hæc ex parte quadam e literis inter nos & Senatum Polonicum hac præteritu hyeme & vere communicatis, & cum prudenter omnia æstimaveris, facile judicabis, me vera narrare, maxime si insolentissimos gentis mores accurate examinaveris. Dux Radzivilius, quid egerit cum Generali nostro Dno de la Gardie per nuntium secretum, cognosces ex adjuncto exemplo, idque videbis convenire cum iis, quæ vobiscum acta sunt. Verum an ista consilia ex nostro sint usu; tu dijudica. Ego certe puto, salutem nostram nimis infirmo innixam fundamento, si ad eum modum consilia nostra dirigerentur, nosque brevi & facili ex causa non modo juvandis sociis, sed tuendis nobis ipsis ineptos fore, si inimicis nostris tantum in nos potestatis concederemus. Vale, & quo in statu res sint ac quid spei reliquum, sæpius ad me perscribe, ne quid hic negligatur, quod adferre aliquid commodi causæ communi possit. Iterum vale. Datum Stockholmiæ die 10. Junii An. 1625.

Magnif. tuæ studiosissimus

Axelius Oxenstierna mppr.

Digitized by Google

XLIII.

Eigenhändiges Schreiben des Reichs-Canzlers an den G. R. Camerarius, vom 5. Aug. 1625.

Aus dem Original.

Magnifice Vir.

Quinta nunc hebdomas est, ex quo cum Rege meo discessi Stockholmiae. Ex eo die *navigatum* est, miles expositus, in hosticum ductus, duo magni in his locis nominis munimenta, Kakenhusium Livoniae & Siliburgum Semigalliae occupata spatio quatuor dierum, pleraque Livonia in potestatem redacta, & *quaedam loca* Lithuaniae obtenta, ut facile inde conjicias, quam mihi inter hos castrorum strepitus incommodum, ceptam tecum communicandi toram pertexere, sine qualicunque *ruptura*. Ne tamen rerum consiliorumque S. R. Mtis Domini mei clementissimi Rex tuus plane ignarus sis, aperiam quam possum brevissime, & statum rerum nostrarum & quae ad haec amplectenda consilia S. R. Mtem cumprimis impulere, maxime cum ipse non difficulter adsequar, in invidiam vocari facta Regis mei atque id a Rege Daniae praeter caeteros ad eum modum explicari intelligam, ex

Digitized by Google

literis tuis ad me datis die 3. (13.) & 10. (20.) Junii atque adjunctis documentis.

Nemo omnium eſt, qui Te melius novit, quæ inter Regem Sueciæ, Regem Angliæ, Regem Bohemiæ & Electorem Brandenburgicum acta conſilia ſunt de reſtituenda re communi atque Regis tui, unde ſumſerint initia, quos habuerint progreſſus, quibusque innixa ſint fundamentis, quoties mutata, quibus auctoribus turbata ac tandem in longum reique gerendæ iniquum tempus protracta, ut ineptum ſit, ea velle toties perſcripta repetere. Serio ac ſummo ſtudio S. R. Mtas cogitationes ſuas ac conſilia omnia eo contulerat, ut quæ Ipſa promiſerat, operam omnem ſuam & militis ſumtuumque tertiam partem parata haberet; cumque initio propoſitas a ſe gerendæ rei rationes non diſplicere vel Regi Angliæ vel Brandenburgico vel defuncto Principe Mauritio vel Ordinibus, cupide vero animo accipi a Rege Bohemiæ animadverterit, vix dubitavit, quia negotio communi fato quodam immiſcenda foret, cum tam promtas omnium atque eorum inprimis, quibus confidebat & quos aliquid poſſe noverat, voluntates ſentiret. Nihil obſtabat, niſi invidia Regis Daniæ, quem quidem verebamur vel arte diſcuſſurum

Digitized by Google

hæc conſilia, vel aperte ſe oppoſiturum. Cetera impedimenta ejus erant generis, ut vel perſuadendo vel mediocri adhibita vi corrigi poſſe viderentur.

At cum eorum, qui hanc probabant confoederationem, magna eſſet apud Regem Daniæ auctoritas, ſpes nos tenuit, illum horum hortatibus ceſſurum & periculis non omnium modo, ſed & ſuis motum iri. Ideoque ut utraque via progrediendi non per Germaniam tantum in Palatinatum, ſed & per Poloniam in Sileſiam ſibi pateret, præſertim ſi illud iter Germanicum Rex Daniæ forſan nimis ſuſpectum haberet, S. R. Mtas induciis cum Polono initis ac ſub conditione ſilentii prorogandis in annum 1626. renuntiavit, ſignificans ſe iis, ut pactum fuerat, ultra 30. Junii tenere nolle, facta tamen Polonis poteſtate, miſſis Commiſſariis cum juſta plenipotentia ac mandatis de ſecura ac decente pace tractandi, ſicuti iſthæc ex literis inter Senatum utriusque Regni commutatis atque ad te jam dudum miſſis ubertim intellexiſti. Erat & alia induciis Polonicis renuntiandi ratio, quod Rex Sueciæ facile animadverterat, bello pro cauſa communi ſuſcepto ſe ab inſultu Poloni non immunem futurum, ideoque ut rebus ſuis tempeſtive

Digitized by Google

prospiciet, necquicquam obstantibus induciis certum justumque bellum maluit.

Hæc consilia S. R. Mtis pro salute communi suscepta postquam interventu Regis Daniæ turbarentur, frigescentibus animis Regis Angliæ & aliorum, in hosce nos labyrinthos conjecerunt, ut nec insistere proposito juvandi amicos, nec cum honore & decoro ad pristinas cessantium armorum tot scriptis rejectas improbatasque conditiones resilire licuerit. Non possum satis exprimere; quæ fuerit consiliorum apud nos præter morem incertitudo, quæ animorum fluctuatio præteritis mensibus. Pericula communia & propria nostra, salus, conservatio & restitutio amicorum, facti eo nomine maximi sumtus, susceptæ amicorum spes de S. R. Mte & quod communes hostes hisce consiliis non parum offendissemus, tum ne amici, rerum non penitus gnari inique judicarent, & inimici ac invidi siniſtre interpretari possent, si hæc consilia seponerentur, incitabant S. R. Mtem, ut progredi unice cuperet & quorum oculos in se videret conversos, ut eos spe ac metu pro diverso affectu ipsorum compleret. At Dani jam feriens militis conscriptio, mutatio consiliorum in Anglia, tum quod nulla spes esset obtinendi auxilii

Digitized by Google

pecuniarii, ſine quo nihil ſuſcipi poterat, denique quod omne gerendæ rei tempus fruſtra elaberetur, & id genus alia, moram hiſce conſiliis & deſperationem, quidquam hoc anno efficiendi, attulerunt, præſertim cum ipſe Rex Angliæ per ſuum Legatum non obſcure hæc ipſa ſignificaret & Rex Daniæ reſponſo ad acceptam Regis Sueciæ reſolutionem eadem innueret, anno itaque paulatim labente, induciis cum Polono exſpirantibus, arma, quæ agitata fuerant adverſus communes hoſtes, convertere oportuit in horum amicum, hoſtem noſtrum, tum ut illum retraheremus ab infeſtandis amicis noſtris, & ferendo inimicis auxilio, tum ut illum, ſi fata ſinunt, ad juſtas condiriones pacis adigeremus, utque paratiores in poſterum ſimus, ſi vel amicorum adfectus vel ſumma S. R. Mtem neceſſitas vocaverit ad ſuccurrendum laborantibus deſperantibusque amicis.

Dicant invidi noſtri, quod velint, interpretentur cuncta in ſiniſtram partem, tempus ipſum, mater veritatis, non occultabit & ſenſus Regis mei & aliorum, ſed denudatos orbi deteget univerſo. Hoc vero non piget me adjicere, quod ſcripſi antehac ſæpius, nunquam placuiſſe Regi meo in tanti momenti

Digitized by Google

negotio & adverſus tantos Principes ſuſcepta conſilia, niſi matura & firmis fundamentis nixa; primo enim nihil voluit prætendere aliud, quam id quod eſſet acturus, conſervationem & reſtitutionem rei communis Evangelicæ, amicorum & libertatis publicæ, tum eas vires conferri voluit, ut cum ſpe quadam negotium id adgredi liceret, ne concitatis in ſe tantis hoſtibus deſtitutus tandem viribus & cauſam ipſam deſerere turpiter & amicos hoſtibus quaſi prodere, ad perpetuam infamiam nominis ſui, pro quo tot hactenus moleſtias oneraque ſuſtinuit, cogeretur. Aliis conſiliis quisquis hoc negotium aggreſſus fuerit, pericula ſua non effugiet & amicos, cum ipſos juvari maxime opus erit, deſtituet, jacturamque faciet & famæ & expenſarum; de quibus, ſi vita ſuppetet, anno hoc exacto, uberiora, uti credo, ſcripturi ſumus.

Ablegatus in Angliam & Belgium eſt frater meus, ut illic Regi de morte Parentis condoleat & ſuſcepto imperio gratularetur, hic vero inter alia non miſſi in Belgium ſubſidii S. R. Mtem ferme ex hoc argumento excuſaret, tum ut Regi tuo & Reginæ rationes S. R. Mtis communicaret. Non dubito, quin tecum de omnibus ſit amice & confidenter

Digitized by Google

communicaturus, cui tu tuto, ſi quid vis & e re eſſe putas, concredere poteris. Hoc vero adſecurare poſſum, & tu Regi tuo perſuade, non rejectas eſſe a S. R. Mte Domino meo cogitationes conſiliaque reſtituendæ rei communis, ſed ſepoſitas ad tempus, dum exſpirantibus hiſce procellis meliores ſe offerant rei gerendæ occaſiones, eas ſi S. R. Mtas nacta fuerit, puta re ipſa & facto demonſtraturum, quo animo affectuque & Regem tuum & cauſam ſaluremque omnium proſequatur. Legatum quidem ſuum Hagam Comitis miſſura eſſet, vel Dno Ruthgerſio plenam ſtatuendi poteſtatem factura, id quod tu videris ſtudioſe ſuadere velle, ſed ſub hac intentionum diverſitate & rebus, uti nunc, ſtantibus S. R. Mtas non facile videt, qualia mandata Legato ſuo dare debeat, cum ea non videat probari, quæ jam dudum communicavit & a quibus reſilire, ſi cum ratione ſuſcipiendum negotium ſit, neutiquam poſſet; hic vero annus ſine dubio multa mutaturus ſit; idcirco conſultius judicavit, paulatim opperiri, donec, quid is ferat, conſiliave noſtra vel impulerit, vel retardaverit, intelligatur.

Dominus Vosbergius Ordinum Legatus nunc Rigæ eſt & puto illum brevi ad nos in

Digitized by Google

caſtra venturum, illi explicabimus cuncta latius & uberius & intelliget ipſus ex S. R. Mte cunctas rationes conſiliorum noſtrorum, quo ſincerius omnia referre queat. Detentus præter opinionem iſtic eſt diutius, quod adpulerit Stockholmiam poſt abitum Regis mei, Rigam vero cum veniret, jam S. R. Mtas cum exercitu Litthuaniam erat ingreſſura, ut opperiri aliquot dies oportuerit.

Quoad ſtarum rerum noſtrarum cum Polono, conſiſtit is nunc quidem in rationibus belli, nihilo minus tamen vere hoc conati ſunt more ſolicito heberare & ſuſtinere arma noſtra fraudulentis & inſidioſis induciis, non quod pacem vellent, ſed ut temporum momenta nobis excuterent. Non miſerant Commiſſarios, ſed promiſerant, per quos nos deciperent, Tieſenhauſium & Doenhofium, nulla attributa illis initio agendi poteſtate; cum illis epiſtolæ quædam commutata ſunt, quarum exemplaria ad te mitto. Verum cum non poſſent ſiſtere arma noſtra, cui unice invigilabant, deſerto tractatu pacis in interiora Regni Poloniæ ſe contulerunt. Vale. Dabantur e caſtris ad Keggim die 5. Aug. An. 1625.

Magnif. tuæ ſtudioſiſſimus

Axelius Oxenſtierna mppr.

Poſt

Digitized by Google

Post Scriptum.

Video e literis Vosbergii ad Ordines, Danum optime cogitata Regis mei & acceptam hanc resolutionem invidiose calumniari, quod Rex Sueciæ pecuniam sibi in anteceſſum dari & Legatos Confoederandorum ad ultimum Junii Stockholmiam mitti voluerit, denique quod se Dano securitatem a Polono præstiturum receperit. Veriſſimum est id, quod ait Comicus: Nihil tam bene dici, quin possit maledicendo depravari. Quantum exercitum Rex Sueciæ utcunque suffecturum putaret illi negotio adgrediendo, nosti; illum vero vel cogere vel sustinere suis viribus & simul se Regnumque suum tueri adversus Polonum, non diffiteor, haud esse virium nostrarum. Bella vero, quæ ab incunabulis parentum nostrorum continua serie gessimus, non permiserunt, magno auri argentique acervo cumulari ærarium publicum, ut inde eximi re urgente & ad lubitum nostrum possit. Sit hæc felicitas vicini nostri, quam cum illi non invideamus, æquum est, illum non calumniari, quod minus parato ære instructi simus. Ubi paucorum annorum molestias bellicas sustinuerit, tum demum miretur, si nostrum langueret ærarium. Iniquum præterea esset, & ut

Digitized by Google

verbo dicam, ineptum, tantam molem belli in ſe derivare ſine ſubſidio eorum, quorum intereſt. Nec tantum pecuniæ ſibi Rex Sueciæ dari in anteceſſum petiit, ut Rex Daniæ contendit, contentus enim erat, ſi pro conſcribendis decem Regimentis peditum & bis mille equitibus ſumtus ſubminiſtrentur. At quod Rex Sueciæ certam ſibi dare reſolutionem a confoederandis peteret ad ultimum Junii, id in cauſa erat, quod niſi ante initia Julii Rex Sueciæ certus eſſet ſui conſilii, omnis hoc anno gerendæ rei occaſio, conſideratis horum Regnorum ſitu & commoditatibus, præterlaberetur, tam ſibi ſuisque rebus, quam communi cauſæ inſerviendis. Ceterum miramur, Regem Daniæ tam ſiniſtre interpretari ex optimo affectu profectum Regis mei promiſſum, ipſi ſecuritatem a Polono præſtandi. Illud Coſaccorum in Marchiam & Pomeraniam irruptiones multorum & ipſius Legati Danici verbis exagitaras ſpectabat, ne Regis Daniæ deſtinatis nocerent. Promittunt quidem ſibi firmam a Polono amicitiam, ſed utinam nunquam experiatur cum noſtro malo, quam ille mala fide ſit. Literæ certæ Poloni ad Electorem Brandenburgicum mihi abs te communicatæ facile ipſum, ſi ſapit, edoce-

Digitized by Google

bunt, quid sibi expectandum sit, si res secus, quam putarat, acciderint. Quidquid sit, tu facile pro summo judicio tuo existimabis, quibus fundamentis hæc nitantur calumniæ, neque nunc addam quicquid, sed cum Legatum Dominorum Ordinum convenero, scribam ad te uberius. Vale. Datum ut in literis.

XLIV.

Wichtiger Bericht des an Bethlem Gabor, König in Ungarn und Fürsten in Siebenbürgen, insgeheim abgeschickten Gesandtens Straßburger, an den Grafen von Thurn, d. d. Weißenburg, den 25. August 1625.

Aus einer Schwedischen Canzley-Handschrift.

Illustrissime Comes ac Domine, Domine benignissime.

Obsequiorum meorum commendatione prævia Illustrissimæ Dominationi Vestræ perpetuam incolumitatem precor.

Hactenus Spalato, Sario & Alba Græca fusius perscripsi & itineris tarditatem ejusdem causas exposui, certo perfretus, haudquaquam mihi imputatum iri, quod in mora segnes venti deliquerunt, cum idem non raro

Digitized by Google

contingat, quoties per incerta maris fluctuumque volvimur. Divina favente gratia vigeſima octava Julii Alvincium perveni, Illuſtriſſimæ Dom. Veſtræ literas exhibui ac de Sereniſſimi Hungariæ Regis valetudine & ſtatu cognovi. Cum autem intellexiſſem, Majeſtatem Suam Albæ Juliæ commorari, nec quemquam eorum, qui mihi antehac noti erant, tum in aula reperiſſem, volui Maj. Suam de adventu meo per literas certiorem reddere. Me enim non latebat, quam ſæpe pergratum ſit Principibus viris, qui conſilia in ſecreto agitant, ut amandati rerum arduarum cauſas e longinquis regionibus a turba familiarium remotos compellent, quod ipſum quoque hoc periculoſo tempore in tanta exploratorum multitudine — (hic quædam verba deſunt.) Pro conſueto ac ſummo Majeſtatis Suæ de adventu meo nuncium meum hilari fronte accepit, & ſine mora clementiſſime injunxit, ut Dominus Præfectus currum expediet meque Albam Juliam deferri extemplo curaret. Illuc poſtquam perveni, ſplendido hoſpitio exceptus, lautiſſimeque habitus fui. Die 31. Julii per Generoſum Dominum Caſparum Oziuti, ſupremum Curiæ Magiſtrum & Illuſtriſſ. Dominum Franciſcum Liſtium, Liberum Baronem, in Re-

Digitized by Google

giam deductus ſum, ut a Majeſtate Sua clementiſſime audirer, quæ tunc eo loco conſedit, in quo exterorum Principum Legati perorare ſolent. Ibi cunctis rite obſervatis, mandata breviter expoſui. Ad illa Majeſtas Sua Regia idiomate Hungarico graviſſime reſpondit ac Generoſo Dno Baroni Liſtio injunxit, ut ad ſe prolatum ſermonem linguæ Germanicæ redderet, cujus hæc ſumma erat: Potentiſſimorum Regum ac Illuſtriſſimorum Principum Legatos ſe Albæ Juliæ hoc anno conveniſſe, verum Illuſtr. Domin. Veſtræ ſtrenuum nuntium cunctis gratiorem, utpote quem diu expectaſſet, etenim Neoſolii ita conveniſſe, ut Illuſtriſſ. Dom. Veſtra chriſtiani orbis ſtatum ipſa intueri ac ſeptem menſium ſpatio de ſuſceptis ob rempublicam conſiliis Majeſtatem Suam certiorem reddere velit. Se conſtitutum tempus duplicaſſe, tandemque certi quid ſperaviſſe, verum ab illius diſceſſu ad ſe nihil tale perlatum, quod vim roburque haberet, ita ut inevitabili pacis tractationi ulteriori mora inferri, aut hæc ſemel coepta impedire non poſſet, quippe hoſtes ſatis animadvertiſſent affectatam tarditatem, perpetuoque contendiſſe, ut tergiverſationes cunctas Sua Majeſtas removeret, & ad con-

Digitized by Google

cludendum recta via iret. Itaque cum negotia nullo modo amplius proferri potuerint, tempori parendum & tunc invito rationes pacis qualescunque ineundas fuiſſe. Poſtquam vero pacta Cæſar minus obſervaret, nec datæ fidei ſtetiſſet, ut cum Ottomannica domo quoque pacem firmaret, (quod ſibi Majeſtas Sua expreſſe reſervarit) ita acta denuo annihilata Budæque novam tractationem coeptam eſſe. Interea Majeſtatem Suam firmiter perſuaſum habuiſſe, conſilia de reſuſcipiendo bello contra Domum Auſtriacum in diverſis regnis ſerio agitata, & Illuſtriſſ. Dom. Veſtram iſta communicaturam, quo illa quoque ſuum in commune bonum ardorem teſtari poſſet; Regum quidem & Principum Legatos in Aula Conſtantinopolitana degentes graviſſimum de futuris expeditionibus contra Cæſarem negotium deliberaſſe, certa ſpe fore, ut a prudentiſſimis viris modus atque ratio proponeretur, per quam bellum adverſus hoſtes publicos vero atque reali fundamento ſuſcipi ſemelque inchoatum perpetuo continuari poſſit. Verum animadvertiſſe, quod declaratam voluntatem, neglecta rei eſſentia, nuda tantum verba ſequerentur, unde ut illam conſultationem, utpote quæ nihil ſolidi ac firmi contineret, tan-

Digitized by Google

dem intermiſſam. Ne autem a ſolitis pro cauſa communi curis ac ſollicitudine Sua Maj. recederet, cum ipſis Regibus ac Principibus confoederatis deliberationem inſtituere, iisque promtitudinem ſuam offerre voluiſſe, quem in finem Legatos in Belgium, Germaniam, Angliam, Daniam & Sueciam miſiſſe, & per Chriſtianiſſimi Regis Internuntium animi ſui propenſionem, ſolidiſſimaque belli fundamenta clare ſignificaſſe, ita ut a nemine, qui recte ſtudio ducatur, incuſari poſſit, ac ſi tantum privatæ utilitatis rationem habuiſſet, publica vero emolumenta, confoederatorum ſalutem & oppreſſorum calamitatem neglexiſſet; cum toti terrarum orbi conſtet, quoties pro cauſa communi dignitatem, vitam & opes in ſupremum diſcrimen præcipitarit: quæ pericula etiam in poſterum libenter adire velit, ſi ceteri Reges, Principes & Status idem faciant, ac ruenti omnium libertati humeros pariter ſubjiciant.

Ad quæ reſpondi: Me ordine intellexiſſe, ac firma memoria retinuiſſe, quam inſigni & clementiſſimo affectu Majeſtas Sua Illuſtriſſ. Dominat. Veſtram proſequeret & quam acceptus Ei fuiſſet adventus mei nuntius. Idcirco Illuſtriſſ. Dominat. Veſtræ nomine me

Digitized by Google

gratias agere & habere ingentes, ac certo polliceri, Illam occaſionem nullam teſtandi cultus ac reverentiæ ſuæ prætermiſſuram, utpote quæ Maj. Suæ perpetua fide & conſtantibus obſequiis devinctiſſima ſit, nihilque magis in votis habeat, quam ut debitam gratitudinem re ipſa aliquando exhibere poſſit. Communicationem ſtatus publici quod attinet, poſſe Suam Majeſtatem pro incomparabili prudentia ſua morarum cauſas facile judicare, quippe eo tempore, quo Illuſtriſſ. Domin. Veſtra in Germaniam profecta ſit, per Reges & Principes nihil adhuc certi conſtitutum fuiſſe, cum per Legatos tantum ageretur & Sereniſſ. Rex Sueciæ menſe Februario, Sereniſſ. Rex Daniæ menſe demum Martio hujus anni expeditionem decreviſſent, me quidem a menſe Octobri anni præteriti in Germania, Belgio, Gallia & Italia Illuſtriſſ. Domin. Veſtræ ſumtu commoratum eſſe, ut foederum tractationes & ſuſcepta in rempublicam conſilia ipſe intuerer, ſtatumque rerum integre ad Maj. Suam perferrem, ſed pro negotiorum gravitate & ſuero aularum more, multum temporis ac temere transactum, & longinquis itineribus ad menſem usque Julii retardatum, quo minus Illuſtriſſ. Dominat. Veſtræ promiſſioni citius

Digitized by Google

ſatisfacere potuerim. Non latere Maj. Suam viarum difficultates ac pericula, cum non ita pridem in Ejusdem propriis negotiis Legatorum unus in Polonia detentus ſit, alter Conſtantinopoli redux diem ſupremum obierit, alius ad Belgas profectus quinque menſium ſpatia inſumſerit, nec commemoratione indigere, quas diverſis vicibus in mari Oceano ego tempeſtates perpeſſus ſim, quæ a parvo tempore pericula ſuperaverim, quos latronum manipulos ac diſcrimina evaſerim. Rogare igitur demiſſe, ne Maj. Sua communicationis promiſſæ moram ægre ferat & clementiſſime ſecum reputet, quantum temporis intervallum Illuſtriſſ. Dominat. Veſtra ab ultimo ex Tranſylvania diſceſſu per Ungariam, Poloniam, Boruſſiam, utramque Germaniam & Belgium conſumere coacta ſit; quod confoederati Reges & Principes tarde admodum voluntatem ſuam declaraverint, quod per menſes ego in diverſis regnis atque provinciis detentus fuerim, quæ incommoda in mari Oceano & Adriatico me impediverint, quantam denique moram ſuſcepto itineri ipſa Turcarum ſacra vel potius ſolemnis illa ſuperſtitio intulerit. Quod vero concernat Maj. Suæ propenſum in cauſam meliorem animum & pro bono

Digitized by Google

publico vigilantiam, curas & ſollicitudinem, inque defendenda communi Regum dignitate promptitudinem ac fidem, Maj. Suam gloriæ ſocietate cunctis in orbe chriſtiano Principibus parem eſſe, cum apud omnes gentes ac populos rerum geſtarum magnitudine immortalitatem ac æternum ad poſteritatem nomen conſecuta & ſingulari ſapientia, fortitudine atque conſtantia ſuas ipſas laudes ſupergreſſa ſit, nec quemquam legum, veritatis ac recti amantium Maj. Suæ excelſa in rempublicam merita diſſimulare, ac tantæ famæ & virtuti invidere, ſed altiſſimos inibi impetus & Maj. Suæ contra hoſtes infenſiſſimos perpetuam felicitatem, ſucceſſus & victoriam ardentibus votis ex alto comprecari, certa ac firma ſpe, Eam priſtino zelo ac fervore pro ſacris & religione, pro legibus ac libertate, pro communis patriæ & tot regnorum ſalute, etiam in poſterum excubaturam.

Reliquum tempus apud Maj. Suam varia narrando inſumſi. Demonſtravi enim, quo loco res noſtræ, cum ex Italia proficiſcerer, conſtitutæ fuerint, quam graves belli interni motus oriantur, quæ ſit imminentium periculorum facies, quales Principum affectus, quis habitus provinciarum, quæ mens exer-

Digitized by Google

cituum. Demonſtravi, qua ſecuritate & ignavia, quibus ſtudiis ac factionibus, quanta fraude & proditione, quo prætextu atque perfidia ac colore a paucis Respublica occupata, quorum virtute, gloria ac impenſis a ſervitute liberata ſit. Demonſtravi tot Regum, Principum, Statuum ac Rerumpublicarum corda ſolius Dei manu pulſari & ad ferendam feſſis rebus opem divinitus excitari. Demonſtravi, *quam* grave & inexplicabile bellum Cæſari immineat, contra quem tot gentes ſeptentrionales, fatales populi, unanimi conſenſu conſurgerent, quorum majores olim terrarum orbem inundaverint, quorumque poſteritas *in Hiſpania*, Gallia & Italia etiamnum ſuperſit. Sic Britanniæ Regem per confoederatos Belgas mari Oceano, ſic Daniæ Regem per *Holſatiam*, ſic mari Balthico Sueciæ Regem per Ducatum Pomeraniæ, aliosque Principes in Germaniam, quando & ubicunque libuerit, penetraturos, in quorum regnis agriculturam, commercia, altam pacem & tranquillitatem: apud nos vero continuam belli ſedem. Sic etiam mora Bavari & Clericorum loculos brevi tempore exhauſtum iri: dum partium noſtrarum Reges interea augeſcunt: ita videlicet in adſcendentis mundi exordio talium regnorum

Digitized by Google

incolumitati Deum & naturam rerum providiſſe; ita præpotentem Venetorum Rempublicam Belgarumque Ordines conſervaſſe, ut nos a Tyrannorum ſævitia & crudelitate medio collocatos immunes tandem redderet. Contra Cæſarem jam Bohemia religionum diverſitate, ambitu & factionibus diviſa; contraque Bavarum, Palatinatus tot inſidiis ac proditionibus occupatorem, nihil eſſe quidquam ſolidius excelſiusve Majeſtate Sua: & in ferendis auxiliis propitionem fore genium, ad cujus vires propulſandas Cæſarem tot locis diſtractum non poſſe ſufficere. His atque aliis ſermonibus multæ horæ protractæ fuerunt, quibus tandem ipſa nox ac tenebræ finem impoſuerunt, quam ob cauſam Majeſtas Sua ea veſpera me clementiſſime dimiſit., ſeque alia, quæ in mandatis haberem, iteratis vicibus, libenter auditurum pollicita eſt.

Interea Maj. Suam brevi ſcripto compellavi, quo innuebam, mei eſſe muneris, ut ad Illuſtriſſ. Dominat. Veſtram de Majeſtatis Suæ valetudine & ſtatu quam primum perſcriberem. Maxime neceſſarium fore, ut literarum ultro citroque mittendarum commercium haberetur, quo in tanto Europæ motu, de ſucceſſu rerum Maj. Sua certior fieri, omnes-

Digitized by Google

que actiones & conſilia ſua ad communem ſcopum dirigere poſſit. Alba Julia Sarajum decem dierum iter eſſe, quo literas meas e publica auctoritate tuto transmittere poſſim, igitur humillime me petere, ut Maj. Sua in mandatis dare clementiſſime dignetur, quo de fideli nuntio mature proſpiciatur. Die octava hujus menſis Auguſti denuo in aulam vocatus & per prædictos Dn. Caſparem Oziuti, ſupremum Curiæ Magiſtrum, ac Dn. Franciſcum Liſtium Lib. Baronem, ad Regiam Maj. reductus ſum, quæ ita loqui exorta eſt: Præteritis diebus negotiorum magnitudine & catarrhi vehementia prohibitam, quo minus me, uti deſideraverat, audire potuiſſet, nunc curis gravioribus defunctam & catarrho nonnihil remittente, de ſtatu rerum & ſua inprimis conditione perſpicue & prolixe diſſerere conſtituiſſe & primo quidem expoſituram: cur Auſtriaco domui præteritis temporibus nunquam fidem adhibuerit, nec futuris adhibere, adeoque nullo unquam tempore ſtabilem & firmam pacem inire poſſit. Secundo, quæ hactenus pro gloria Dei, pro libertate publica & confoederatorum ſalute præſtitiſſet. Tertio, quæ ratio belli contra domum Auſtriacam gerendi & quot in locis Ipſa Cæſarem potentiſſimo

Digitized by Google

exercitu adoriri, obvias quascunque vires diſſipare, ipſumque cor & viſcera ejus invadere queat. Primum quod attinet, Auſtriacis a ſe ideo fidem non adhiberi, quod MDXII. cum ad Principatus Transſylvaniæ regimen ac dignitatem pervenerit, in primordio ſtatim Cæſarem Marthiam & reliquos Archiduces Auſtriæ acerrimos atque infenſiſſimos hoſtes experta ſit, qui ſine ulla belli declaratione, contra juramenti conditiones, ſuas provincias violenter invaſerint, ſeque ex legitima juſtaque poſſeſſione ejicere miris modis conati ſint, his potiſſimum prætextibus: primo, quod non tam excelſo ſtemmate oriundum judicarent, ut ad hoc ſublime faſtigium evehi, pulcherrimisque provinciis dominari deberet; ſecundo, quod ditionibus ampliſſimis, largis proventibus, omniumque rerum cornu copiæ avidi & jejuni inhiarent, & tam ſplendidos reditus exhauſto Cæſaris ærario deſtinarent, tertio, quod Catholicum Principem creare & exercitam ſub Batthoreis perſecutionem renovare vellent, quarto, quod Transſylvaniam adverſus Turcas belli ſedem conſtituere, hacque ratione Ungariam abſolutæ poteſtati ſuæ ſubjicere, florentiſſimumque regnum in omnimodam ſervitutem redigere decreviſſent. Has

Digitized by Google

crudelis belli causas, haec motuum gravissimorum semina fuisse. Quippe contra se mandato Caesaris susceptam expeditionem & in provincias suas cum valido exercitu irruptionem factam esse, se vero superiorem evasisse, parvulumque regnum, quod sibi Deus ordinaverit, per arma retinuisse, donec Caesar perpetua felicitate formidabilis qualescunque pacis conditiones ei extorserit. Quem in finem cum diplomate assecuratorio missos fuisse Legatos, sed vix eos ex terminis jurisdictionis suae egressos, cum Homonnai potentissimus inter proceres Hungariae & Raoul Waida, Wallachiae Princeps, ex jussu Caesaris Matthiae contra se denuo novam expeditam manum collegissent, quibus tanta celeritate obviam se ivisse, ut cum magna suorum clade in fugam conjecti sint. Deinde per annos aliquot cum hac perfidia immani bellica se colluctatum esse, donec fortitudine ac vigilantia sua pax & tranquillitas regno suo parta sit. Quanta vero fraude & quam atrocibus perjuriis post Matthiae Caesaris obitum Ferdinandus successor semper & ubique egerit, prolaturum se in altera sermonis parte, quae sua in rempublicam merita mihi paucis enarrare constituerit. Etenim orso in Bohemia bello se per primarios Proceres,

Digitized by Google

facta quoque regni ſpe, quod ipſorum literæ teſtarentur, ad ineundum foedus & mittenda auxilia continuo ſollicitatum, non propter ſplendidas promiſſiones, non libidine dominandi & regni cupiditate, (in quo Deus Opt. Max. ſibi teſtis adſit) ſed ob nominis divini gloriam, communem omnium libertatem, provocatum quoque ſe tot injuriis, arma legitime cepiſſe, Ungariæque regnum per Turzones, Setthzium & Rachozios, inter Pannones clariſſimos & præpotentes familias, ſine cæde & ſanguine in poteſtatem ſuam redegiſſe, poſt quæ ſtatim habita Poſonii comitia, cum Bohemis & incorporatis provinciis ictum foedus, ſtatusque & ordines regni maximo numero Neoſolium confluxiſſe. Miſſum a Cæſare Legatum Comitem Collalto, qui interprete Emerico Turzone ſecum per ſex integras horas a ſecunda pomeridiana ad octavam usque arcanum & ſecretiſſimum colloquium habuerit: Cæſaris nomine ſibi totum Hungariæ regnum promiſiſſe, & promtam Komariæ ac Javorini ceſſionem pollicitum. Pariter a Rege Hiſpaniarum ſingulis annis decies centena coronatorum millia; abſolutum quoque Generalatum in Cæſaris exercitu, ſimul tormenta bellica & cetera, quæ ad immenſum

Digitized by Google

menſam expeditionem requiruntur: ea conditione Regem ſolenniter ſe coronari patereturr, ſed tam ex conſenſu & permiſſione Cæſaris, quam publica voluntate Ordinum deſignatus eſſet. Verum hæc adeo conſtanter reſpuiſſe, ut ne malis quidem ſpes affulſerit, fore, ut animum dominandi cupiditate victum, magnitudinis promiſſæ ſplendor ad inexpiabile ſcelus & eo perfidiæ adigeret, quo agnitum veri Dei cultum propriis armis oppugnare, morientis libertatis veſtigia ſua manu exſcindere, ac foedus initum inſontum cruore & tot futuris cædibus ſacrilega mente abnegare vellet. Quemadmodum etiam utrinque re infecta diſceſſum eſſet. Hujus autem colloquii Sermones Dno Comiti de Solms, Sereniſſ. Bohemiæ Regis Legato, fideliter communicatos, cum ſevera admonitione, ne in Bohemia tam negligenter & ſecure agerent, ſed potius conſiderarent, quam breves & mutabiles ſint vices rerum, nihilque medium inter ſumma & præcipitia. Si res male cedat, non Bohemos tantum, ſed confoederatos omnes interiturosAd quæ Legatum reſpondiſſe: non ignorari, quales committerentur errores, quibus prudentia remedium adhibiturum iri. Poſt Neoſolenſia Comitia ſe graviſſimas ob cauſas denuo

Digitized by Google

inducias cum Cæſare feciſſe, ac iis finitis Sanubium cum exercitu ſuo ſuperaſſe, Budianiumque Comitem in partes ſuas pertraxiſſe, verum Poſonii commorantem & futuræ expeditionis conſilia amittentem, Regis Galliæ Legatos, Ducem Angolismenſem, Comitem de Bethune & Baronem de Prevaux cum mandatis acceſſiſſe, ut inter ſe & Cæſarem Interceſſorum officio fungerentur. His omnium rerum a principio belli cepti geſtarum ordinem vere & fideliter ſe enarraſſe, uſumque invictis rationibus & argumentis, cur potius cura illis habenda ſit, quomodo Regem Galliæ ad Romani Imperii dignitatem evehere, quam Ferdinandum Cæſarem propugnare deberent; cujus rei efficiendæ facillimam ſibi videri rationem, quod Sereniſſ. Bohemiæ Rex idemque Elector Palatinus ſua in Regem Galliæ libenter collaturus ſit, cum quo inclytus Elector Brandenburgicus procul dubio conſentiat. Saxonem in partes vel vi trahendum vel amicitia flectendum. Nec defore ex Eccleſiaſticis, qui Regi Galliæ ſuum quoque votum abdicant. Se quidem Imperii Principem non eſſe, ſed ratione Regnorum Hungariæ & Transſylvaniæ in favorem Regis Galliæ fidelem operam præſtiturum, certiſſimaque ſpondere au-

Digitized by Google

xilia. Post quæ Legatos statim interrogasse: num hæc vero & sincero animo proferret & in consequendo diademate Imperii Regi Galliæ juvare veller? quod stipulata manu & invocato Dei testimonio, sub fide christiana a se promissum, promissionibus additam hilaritatem: hilaritati potum: potui sermones utrinque liberiores: ita tamen secretos, ut Sigismundus Forgatsch, Palatinus, tum convivio præsens, quo grandia ista vergerent, nunquam penetrare potuerit. Pollicitos deinde epulis exactis Legatos, recta se Viennam pergere, Cæsari valedicere & in Galliam magnis itineribus contendere velle, negotiumque bona fide exposituros ad altiorem Domini sui clementissimi deliberationem, minime dubitantes, pronis ausibus & animis intellecturum, ac pro Sereniss. Rege Bohemiæ auxilia impetratum iri. Interea ut hoc consilium mentibus ipsorum firmius imprimeretur, se per cursorem Sereniss. Regem Fridericum certiorem fecisse, ut idem Legatis Pragam venientibus eadem ratione & modo proponeretur. Hæc agenti & maximæ expeditionis curas animo revolventi, cursorem anhelum Praga advenisse & prostrati exercitus cladem trepide significasse. Quo nuntio etsi vehementer Sua Maj.

Digitized by Google

commota fuerit, in Moraviam tamen extemplo miſiſſe, ut Ordines ſex millia Germanorum militum in officio retinerent; ex Luſatia Marchionis Brandenburgici copias auxilio vocarent & hic utrique vires ſuas ſecum conjungerent: mox ſic juſtum exercitum iri conſtitutum, quo hoſtes nimia felicitate ebrii & rerum abundantia poſt extremas miſerias in luxum & ſecuritatem ſoluti facillime ſuperari poſſent, ſeſe non ſanguini ſuo, non ſumtibus parciturum, quo Rex ſocius & confoederatus ad priſtinum dignitatis gradum pervenire poſſet. Similiter Wratislaviam perſcriptum & Sereniſſ. Regem Fridericum amice fideliterque monitum, ne Sileſia excederet, quod ſi fieret, certiſſimum fore, ut ſubditi conquererentur, non ſe Regem deſeruiſſe, ſed a Rege deſertos eſſe. At in Germaniam celerrimum iter inſtitutum. Hoc vero conſilia ſua multum retardaſſe, Moraviæ autem Ordines peſſimi cujusdam artibus inductos, ut pro impetranda venia ad Cæſarem Legatos mitterent, quos Viennam properanter dimiſſos conditiones nullas habuiſſe, quibus cum victore in gratiam redire vellent, tamque gravi errore hoſtium prædam factos. Tali rerum ſtatu cum Rex confoederatus Regnum amiſiſſet, in Moravia tam ſeditioſe age-

Digitized by Google

retur, Sua vero Maj. acerrimum hostem Sigismundum Forgatsch, Palatinum, in fronte haberet, Georgius Setschius pro Cæsare munitas arces & locorum angustias a tergo occuparet, ex latere victor & triumphans exercitus castra metaretur & in Transylvania viscoribusque regni sui callidissimi proditores essent, animum gravioribus periculis induratum & adsuetum necquicquam remisisse, sed copias suas ad Moraviam, fluvium aliaque loca in conspectum Boucquoji, (alti contemtoris sui,) prospero successu elati, ordine collocasse, cum hoste per menses aliquot continuas velitationes habuisse, sex hominum millia Cæsari paulatim attriviisse & quem vix frangere non potuerit, mora comminuisse. Interea tamen undique inclusam atque septam, cum suppetias ab ullo Regum aut Principum sperare non potuisset, tandem permotam fuisse, ut integra auctoritate cum Cæsare inducias pacisceretur, Cassoviamque se reciperet. Verum Austriacos non diu eas servavisse, sed novam arcem contra datam fidem obsedisse, Ducibusque Palfy & Bosniacko cum sex millibus hominum ad suos usque Comitatus penetrasse & sub arce Sancti Andreæ castra metatos esse. Cum igitur Cassovia sex tantum horis distarent, accurate

Digitized by Google

re perpensa mature cognoviſſe, Cæſareanos ſub induciarum fuco optatos armis progreſſus facere ac belli ſedem in ſuas ditiones transferre conſtituiſſe. Quapropter in alto ſilentio ſumma cum celeritate mille quadringentos pedites & trecentos equites (quæ ordinarii ſui militis quarta tantum pars ſit) Caſſovia eduxiſſe, ut hoſtes contra induciarum tenorem perfide appropinquantes a finibus ſuis arceret & augeſcentibus in itinere copiis occaſione data ſub auſpiciis juſtæ legitimæque cauſæ perjuros promte adoriretur. Quod etiam factum & divino auxilio caſtra eorum occupata, militem diſperſum & Generalem Palfy cum Bosniacko captos eſſe. Hos ſucceſſus ſe ſecutam & cum omni exercitu ad liberandum ab obſidione novam arcem profectam: quo audito Cæſareanos metu & pavore conſternatos obſidionem ſolviſſe & maxima cum perturbatione in Auſtriam iter ſuſcepiſſe, ſe vero fugientium tergis veſtigiisque continuo inſtitiſſe, donec ita profligarit, ut e triginta millibus hominum, qui in Hungariam devenerant, vix decem millia Poſonium reverſi ſint, ſed Martis violentia, contagione, fame & captivitate, una cum Boucquoyo ipſo miſerrime perierint. Inter alia vero ſe obſervaſſe, quam fataliter ſibi

Digitized by Google

propitius eſſet dies Sabbathi, in quo recto ordine & nullo a ſucceſſu vacante, nec fortuna vicibus agente, palmam ter obtinuerit. Quippe a repentino ex Caſſovia diſceſſu ſuo primo ſabbatho fuſum captumque Palfyum, altero ſequente interfectum a ſuis Boucquovium; tertio in fuga exercitum Cæſaris proſtratum, ita quidem, ut ob rerum geſtarum celeritatem uſitatum Imperatoribus proverbium quoque imitari, ſeque veniſſe, vidiſſe & viciſſe affirmare auſit, cum in duabus ſeptimanis victricia Ferdinandi arma & una crudele jugum a cervice regni ſui fortiter arcuiſſet, adeoque ſævum in Ungaria bellum fere patraſſet. Quippe Tyrnaviam intra biduum deditam & ibi conjuncto Marchionis Brandenburgici exercitu omnes vires Poſonii admotas, ubi Guilielmi Verdugs & Thomæ Caraccioli Hiſpanorum Ducum veteranos milites ad quinque fere millia emtionem feciſſe, quos inter pugnandum majori ex parte occubuiſſe. Interea Magnatum plurimos vehementer oraſſe, ut in Moraviam recta pergeret, quippe incolas gravi jugo atque tyrannide preſſos & ad deſperationem actos imperata procul dubio facturos. Horum ſe precibus motum obſidionem ſolviſſe, & exercitum ſine mora eo

Digitized by Google

transtuliſſe, verum cum promiſſis exitus non reſponderet, ad arcem Sancti Nicolai pacis denuo tractationem coeptam, qua tandem concluſa cum omnibus copiis Caſſoviam reducem fuiſſe. Hoc facto cunctas pacis firmatæ conditiones Auſtriaca calliditate & perfidia iterum in controverſiam vocatas, quod perjurium armis ſtatim ulciſci & cum numeroſo milite tot ac tantis ſumtibus remotum iter facere non conſultum judicaſſet, ſed poſtquam Chriſtianus Dux Brunswicenſis in emolumentum reipublicæ potentem exercitum collegiſſet, & ſe quoque ad ſuſcipiendam expeditionem continue ſollicitaret, animum, qui privatæ injuriæ ultionem differre conſtituerat, pro vindicanda libertate publica in bellum exarſiſſe, cum fides Principe viro digna interponeretur, fore certo & infallibiliter, ut vires utrinque conjungerentur. Coactas itaque florentes copias, quibus recto curſu in Moraviam ſe iviſſe & ſuperatos in diverſis locis hoſtes tandem prope arcem Hodolin undique cinxiſſe, ut aut miſerrime perirent aut fame contabeſcerent. Hujus rei nuntium a Comite de Montenegro, Generali, ad Cæſarem perlatum, quo vehementer admodum turbatum, Stanislaum Turzonem Palatinum cum literis

Digitized by Google

plenipotentialibus illico in caſtra ſua ablegaſſe, quibus hæc clauſula inſerta fuerit: Quocunque Cæſaris Ferdinandi nomine Palatinus Regni ſecum concluſerit, rata firma fore, hocque promitti ſub bona fide chriſtiana. Quales igitur ob cauſas denuo pacem fecerit, qua dimiſſo Cæſaris exercitu & ſe cum omni equitatu Caſſoviam regreſſa in nihilum plane redacta ſit, unde juſtum dolorem diſſimulare, *Viennæ* novam tractationem ſuſcipere & conditiones longe deteriores inire coactam fuiſſe, quibus tamen expreſſe cautum, ut Auſtriaci etiam cum Ottomanna domo pacem confirmarent. Ex his & aliis clariſſimum eſſe, cur familiæ *Hiſpano*-Auſtriacæ nunquam fidem adhibere poſſit. Quoties vero pro bono publico atque confoederatorum ſalute hactenus arma ceperit, tunc ſuppreſſit & tertiam inſtituti ſermonis partem attigit, qua de modo belli contra hoſtes gerendi paucis locutura ſit.

Res noſtras eo ſtatu eſſe, ut pacem aut bellum fieri oporteat. Pacem ſine Electoralis dignitatis, ſine utriusque Palatinatus, ſine tot Imperii Principum reſtitutione nullo modo futuram. Sed quem ſperare poſſe, vivos Ducem Bavariæ cæterosque Principes cum perpetua nominis infamia unquam loco ceſſuros,

Digitized by Google

quod etſi contingeret, ubi Regni Bohemiæ libertatem priſtinam, quod primarius Imperii Electoratus ſit, qui ſub tyrannide preſſa Germania in integrum nullam reſtitutionem fieri. Verum quid ab Hiſpanis & indurato Cæſare Reges Chriſtiani ſibi polliceri poſſint, ex quinquennali tractatione liquidum: in qua tot ampliſſimis Legationibus, tot Principum virorum interpoſitionibus abunde illuſum, nec dum quicquam permiſſum. Sic continuam ætatem inſumſuros, cum ad concluſionem & finem nihil præter nuda verba obtineantur, quæ effectus nunquam conſequantur, ſed ſperantes perpetuo fallant. Ita Hiſpanorum cum Chriſtianiſſimo Rege iniras Madriti conditiones in fumum abiiſſe, ita ab exordio Principatus ſui ad hæc usque tempora Auſtriacos conſtanter pejeraſſe, & joci gratia ſub bona fide chriſtiana ſpopondiſſe, nullam igitur tranquillitatis ſupereſſe rationem, quam ut ſecuritas vi armorum acquiratur, ut undique debellata domo Auſtriaca cunctis populis ac gentibus firma pax reſtituatur. Cujus expeditionis pulcherrimum in Italia, Indiis ac Belgio factum eſſe initium. Expugnandas adhuc Auſtriacorum vires in Germania, Hungaria, Bohemia, omnibusque incorporatis & hæreditariis ditio-

Digitized by Google

nibus, ut confoederatorum armis uno eodemque tempore in omnibus locis promte ac celeriter petantur, nec ſuccumbentibus quicquam temporis ad reſpirandum concedatur. In Germania Sereniſſ. Daniæ Regem, Mansfeldiumque Principem officium facturos, ſed contra illos potentiſſima Hungariæ Bohemiæque regna cum validis provinciis, Sileſiæ, Moraviæ, Auſtriæ, Carinthiæ, Stiriæ & Carniolæ ſemper bello accendendo fomitem & alendo materiam fore, donec (quod Deus clementer avertat) tot diverſi Reges feſſi & armorum pertæſi, aut mutua æmulatione in diſcordiam acti, aut Hiſpanicis artibus invicem illiſi ab inito foedere recedant. Quapropter radices mali extirpandas & Ferdinandum Domi ſuæ invadendum, ne Bavaro & Eccleſiaſticis ſuppetias ferre & pro more Hiſpanico bellum trahere poſſit: hancque expeditionem ſe libenter ſuſceſturam, ſi Proteſtantes Reges & Principes opera ſua uti velint. Quippe ſe Vietnam, cor & ſædem Cæſaris, obſidione cingere, omni commeatu prohibere, ad Danubium itinera claudere, Auſtriacamque Domum in Hungaria, Moravia, Auſtria, Sileſia, Stiria & Carinthia uno eodemque tempore potenti exercitu adoriri poſſe,

Digitized by Google

nec, ut quidam arbitrantur, milite tumultuario, qui provincias solum ferro flammisque pervastet, sed, ubicunque visum fuerit, belli sedem figat. Cum vero ad sustentandas tot diversas copias magni sumtus requirantur, omnino necessarium esse, ut tam gravis expeditio vero & reali fundamento innitatur, quod si nulla subsidia habeat, unde tantæ moli S. Maj. suffecturam: quæ Principatum tenuioribus initiis adepta statim ad Moldaviam ad fluvium Nesterum tredecim hominum millibus Polonis contra Turcas & Tartaros auxilio maximis impensis profecta sit: quæ nunquam cessantibus armis dignitatem suam conservaverit; quæ tot millia militum ordinarie sustentet; quæ tam gravissimas expeditiones habuerit; reliquos Reges & Principes sumtus pro rata portione conferre vigore initorum foederum: alterum ab altero sublevari: sic Mansfeldii copias a duobus potentissimis Galliæ & Angliæ Regibus sustentari: sic Sereniss. Regis Daniæ exercitum inferioris Saxoniæ Principes ac Civitates, magna ex parte alere: sic Belgii Ordinibus contra Hispanum a Galliæ & Angliæ Regibus ac Veneta Republica subsidia dari. Unde igitur sibi soli tantas opes, ut conari debeat, quod nemo Regum & Princi-

Digitized by Google

pum præſtare poſſit. Nam ſi bellum cum Cæſare ſemel adhuc exardeſcat, in perpetuum tractationibus nullum amplius locum fore. Quapropter mature conſiderandum, quo fundamento ſolidiori hæc immenſa moles fulcienda ſit; deficientibus enim rebus neceſſariis neceſſe eſſe, ut illa in medio expeditionis curſu cum horrendo ignominiæ ſtrepitu & fragore corruat, ac miſerabilem auctorum ſuorum ſtragem edat. Ex Alba Julia 25. Aug. Ao. 1625.

XLV.

Eigenhändiges Schreiben des Reichs-Canzlers an Geh. R. Camerarius, vom 4. Sept. 1625.

Aus dem Original.

Magnifice Vir.

Proximis literis meis promiſeram, me, quid ferret Legatus Ordinum Vosbergius, quidve reſponſi obtineret, ſcripturum. Non exiſtimo autem operæ pretium eſſe, ea, quæ tibi notiora ſunt, multis declarare. Egit hoc inprimis, ut eſt vir induſtrius, ſummo ſtudio ac vi, ut S. M. R. Dominus meus Legatum mitteret, aut Ruthgerſio poteſtatem faceret

Digitized by Google

de foedere communi ac reſtitutione Regum cum cæterorum Regum ac Principum Legatis Hagæ Comitis ſtatuendi. Idem ut faceret Rex Daniæ, hunc perſuaſum credit. Etſi vero S. R. Maj. ſe reſilire a propoſitis conditionibus non poſſe oſtenderet, ideoque non videret, cui bono iſta legatio futura eſſet, ut ſe tamen ceteris accommodaret, neve quid impedimenti tam ſalutari negotio adferret abſentia ſuorum hominum, conſenſit tandem, atque jam Ruthgerſio poteſtatem in ampliſſima forma cum juſtis mandatis transmittet. Is de omnibus tecum communicare juſſus eſt, ut, cum non ſit integrum in caſtris verſanti, acta omnia deſcribere ſæpius, ut exemplaria habeas, poteris ex ipſius originali lectione omnia accuratius apud eundem cognoſcere.

Vellem ad literas tuas die — nunc demum redditas reſcribere, ſed quia ſtatum rerum maxima ſui parte tibi delineavi conſiliaque noſtra expoſui literis meis datis in caſtris ad Keggim die 5. Aug. non puto operæ pretium eſſe, eadem ſæpius repetere. Nunc adjiciam ea, quæ poſtmodum hic acta ſunt.

Occuparis Kackenhuſio, Silsburgo, Berſenio, de quibus in prioribus meis mentionem feci, acceſſit quoque Pribualia & Prune-

Digitized by Google

burgum & denique Derpetum, ut ſpatio duorum menſium S. R. Maj. totius ferme Livoniæ, excepto uno aliove caſtello ad Ruſſicos limites, quæ brevi ſperamus in poteſtatem noſtram venturum, potita ſit, perſpectum quoque habens, ni Lithuania infeſtaretur & ſedes belli in illa collocaretur, Polonos ſusque deque habituros Livoniam, quam vaſtatam cultoreque orbatam prædæ expoſuerunt, ac quaſi pro derelicta habuerunt. Ideo S. R. Maj. cum exercitu illam ingreſſus eſt, cumque ſe primo loco vix duobus milliaribus a limitibus Curlandicis objicerent Birzæ Ducis Radzivilii ſedes, etſi S. R. Maj. nihil fecit illibentius, quam ut illi, quem pro cæteris Polonis Lithuanisque veneratur, quicquam inferret detrimenti, is tamen eſt ſitus loci, ut nuspiam Lithuaniam commode poſſis intrare e Livonia, niſi per ejus territorium, nec tutum ſit, caſtrum hoc a tergo relinquere, infeſtum hoſtili præſidio. Adſervabantur præterea in hoc caſtro præcipua tormenta bellica majora, quibus Poloni uti poterunt adverſus nos, atque ipſe Radzivilius ut Dux exercitus Lithuanici primus futurus erat in acie adverſum nos: quapropter S. R. Maj., ut ſecuritati ſuæ proſpiceret, magisque haberet Lithuanicum ſibi

Digitized by Google

obnoxium, certumque locum obtineret, unde Lithuaniam infeſtaret & ad juſtas conditiones pacis adigeret, Birzas ſibi oppugnandas cenſuit, nec deſtituit divina clementia conſilia noſtra, die enim quinto ab obſidione cepta, poſtquam miles noſter foſſas binis locis duxiſſet & ad ipſam caſtri foſſam & vallum penetraſſet, dedito munimento potiti ſumus. Interim actum inter me & Palatinum Mſciſlavienſem de congreſſu Commiſſariorum, ſicuti hoc ex adjunctis literarum utriusque commutatarum exemplaribus videbis. Ego ſicuti nihil ſperandum puto, intelligens facile difficultates & argumenta, quæ Polonum adverſus nos concitant, ita nec deſperandum omnino exiſtimo, cum ſtatum rerum rectius perpendo; de quibus tamen prima occaſione plura & certiora. Vale Vir optime. Dabantur e caſtris Regiis ad Birzas die 4. Sept. An. 1625.

Magnif. tuæ ſtudioſiſſimus

Axelius Oxenſtiern mppr.

XLVI.

Digitized by Google

XLVI.

Eigenhändiges Schreiben des Reichs-Canzlers an den G. R. Camerarius, vom 10. Nov. 1625.

Aus dem Original.

Magnifice Vir.

Occupatis Birzis Radzivilianis, Brudschenburgum & Mithaviam in noſtram redegimus poteſtatem, illam bidui inſultu militari, hanc paularum horarum ſpatio deditione; hisque confectis exceſſimus campo atque in hyberna reducto diſpoſitoque milite conquievimus. Interim cogitur miles Lithuanicus in Lithuania duce Radzivilio, in Ruſſia duce Alexandro Conſefsky. Miles noſter ſe nunc paulatim refecit, ut concretis glacie paludibus ad pugnam ſit paratior. Suſpecta nobis quidem ſemper fuit injecta tractatuum pacis ſpes, nec deerant perſpicua indicia, jam inde ab initio cunctu fraudulenter acta, eaque res potiſſimum nos in arma compulit. At quod hucusque veriti ſuſpicatique ſumus, id nunc demum re experti teſtari poſſumus, artifices eſſe Polonos nectendarum fraudium, animo demitti, iterumque tolli ad nutum fortunæ adflantis

Digitized by Google

reſtantisve. Dum eramus in Lithuania metumque incutebamus, præter morem deprecabantur bellum, verbis etiam nonnihil ad commiſerationem flexis, idque ne incendio florens alioquin terra devaſtaretur. Ubi captis propugnaculis ac munimentis exercitum reducimus, ira coepere inſoleſcere, ut quidem Commiſſariorum, cum minus armis manibusque poſſet, verborum injuriis contumeliisque exarderet, adeo ut ſi recte omnia cenſeantur, Poloni non minus dignitatis ſuæ quam noſtræ & Juris æque præ affectu obliviſcantur. Quid nunc futurum ſit, non facile dixero, ſunt enim, qui pacem exoptant, bellique moleſtias & difficultates evitare cupiunt, nec deſunt, qui ejus incendio fomitem addant: patebit autem brevi, quorſum inclinaverint Ordinum Polonicorum motus in Comitiis. Tuum itaque erit pro prudentia tua, cuncta diligenter & accurate indagare, ſicuti ipſe intelligis, quanti noſtra interſit, ea tempeſtive ſcire.

Ad publica omnium quod attinet, mihi hinc rabellarium Regis mei cum literis, mandatis ac ſtatuendi poteſtate ad Dnum Ruthgerſium, ut is junctus ceterorum Principum Legatis ea de cauſa Hagam Comitis convocatis de cunctis, quæ viderentur ex uſu & re,

Digitized by Google

statueret. Cum illo scripsi ad te uberius, ut nunc non putem, operæ pretium esse, eadem sæpius repetere. Libet nunc scire, quid ex reditu Vosbergii actum sit & quid de iis Ordines ceterique Principes judicent. Volo enim te ista pro certo statuere, S. R. Maj. Domino meo nihil nec animi nec consilii mutatum esse ex eo die; quo cepit negotii hujus curam amplecti. Nec est quod existimes, S. R. Maj. retentam abstractamque his cogitationibus bello isthoc, quo agitamur, Polonico; id enim magis etiam incitat ad consilia istæc, cum sit conjunctum & quasi cognatum communi causæ, ut alterum qui egerit studiose, alterum nequeat negligere; susceptoque bello communi diversionem hinc fieri necesse sit. Idque & hostes nostri intelligere videntur, dum in castris ipsorum rumor spargitur, vocatum Regem meum Regi Daniæ, ideoque hic armis Polonicis detinendum esse. Ego vero ipsos nuspiam falsiores futuros, quam hic, audeo asserere, si ceteri, quorum interest, S. R. Maj. accesserint, seque ope & consilio junxerint, cum ea ratione bellum isthuc posset transferri, ubi cum emolumento utriusque geratur, summaque vi & ad terrorem hostibus incutiendum turbandaque consilia eorum

Digitized by Google

ſuſcipiatur. Ne vero nobis quicquam temporis pereat; S. R. Maj. in tempore conſtituet de militis novi conſcriptione, quo parata ſint omnia, quibus indigebimus. Tuum vero erit curare, quantum in te eſt, ut ceteri in tempore ſtatuant, quid fieri e re ſua eſſe putant, atque ideo ut S. R. Maj. de ſuis conſiliis mittendisque ſubſidiis certiorem faciant. Audimus, cuncta feliciter ſucceſſiſſe hactenus Regi Daniæ & gratulamur ipſi reique communi, det Deus, ut omnia bene cedant exitumque habeant votis meis reſpondentem. Vale. Dabantur Rigæ die 10. Nov. An. 1625.

Amplit. tuæ ſtudioſiſſimus

Axelius Oxenſtiern mppr.

Poſt Scriptum.

Scias oportet, dimiſſum e ſervitio Regis Leonardum von Sorgen, quod in literis huc mittendis aliquando eſſet negligentior, illique ſubſtitutum Andream Suenſon, qui hactenus in Dania nomine Regis mei moratus eſt. Ad hunc igitur literas tuas ex hoc die dirigi oportet. Mitto quoque per eundem 900. illos Imperiales, & moram excuſari peto. Ego hiſce diebus ſex faſciculos literarum abs te ſcriptos menſe Julio & Auguſto accepi ſimul-

Digitized by Google

junctos, perplacuerunt, niſi quod ſerius rederentur nulla tua culpa. Ex iis affectum & deſperatam noſtri Ruthgerſii valetudinem non ſine moerore intellexi. Vellem, nos diutius ipſius opera uti poſſe. Quodſi illi quid contingat humani, is meus eſt in te affectus, ut, quod tibi gratum intelligam, non ſim neglecturus; nec dubito, quin id facile ſim daturus effectui, cum Regis mei de induſtria fideque tua ſumma ſit confidentia. Iterum vale.

XLVII.

Inſtruction des Geh. Raths Camerarius zu ſeiner Geſandtſchaft nach Schweden, vom Jahr 1625.

Aus einer Canzley-Handſchrift.

Inſtructio a Regia Majeſtate Bohemiæ, de voluntate & conſenſu Legatorum Magnæ Britanniæ & Daniæ Regum & Dominorum Ordinum Generalium confoederati Belgii, data Strenuo Viro, Dno *Ludovico Camerario*, Sereniſſimi Bohemiæ Regis Conſiliario intimo, ſuper negotio agendi cum Sereniſſimo Sueciæ Rege Guſtavo Adolpho &c. de recipiendo communi foedere, quod ictum eſt Hagæ Comitis die 9. menſis Decembris Anno 1625.

Digitized by Google

Strenuus Vir, Dn. *Ludovicus Camerarius* iter ſuum quamprimum ita inſtituet ac proſequetur, ut favente divino auxilio ad prædictam Regiam Majeſtatem Sueciæ quantocyus perveniat, ubicunque locorum illa fuerit, cumque petita decenter audientia hanc impetravit, exhibitis pro more literis fiduciariis S. R. Maj. nomine S. R. Maj. Bohemiæ & ex concluſis Legatorum Regiorum, Dominorumque Ordinum Generalium ſequentia exponet.

Non ignotum S. R. Maj. eſſe, jamdiu actum de conventu Hagæ Comitis habendo, in quo tractaretur & de communi foedere inter Reges, Principes ac Status, quorum intereſt & ſimul de rationibus ac modis, quibus nimium excreſcens & excurrens ambitioſæ aliorum potentiæ impetus coerceri ac collapſæ in Germania res in priſtinam libertatem ac ſecuritatem, conjunctis animis, conſiliis & viribus, reſtitui poſſent & quidem hanc intentionem mature etiam S. R. Maj. ſignificatam fuiſſe.

Nihil itaque magis Regem Bohemiæ ceterosque, qui nunc Hagæ congregati fuerunt, deſideraſſe, quam ut conventui tam præclaro operi deſtinato etiam S. R. Maj. no-

Digitized by Google

mine Legatus aliquis cum sufficienti tractandi ac concludendi commissione interesse potuisset: Nam etsi paulo ante hujus exordium à S. R. Maj. literæ & mandata ad Dn. *Janum Ruthgersium*, Ejus Residentem apud Dominos Ordines p. m. transmissa fuerunt, cum tamen ejus morte hæc expiraverit, nihil in ipsa causa cum vi obligationis alicujus S. R. Maj. Sueciæ intuitu agi aut conveniri potuisse. Verum cum ejusmodi casus fortuitus S. R. Maj. imputari nec posset nec debeat, sed potius abunde cunctis constaret, de optima S. R. Maj. voluntate & laudabili erga laborantem Rempublicam affectu, haberentque & Rex Bohemiæ & Legati Regii, Dominique Ordines Generales in recenti memoria, quæ jam dudum S. R. Maj. Sueciæ ex sua parte, pro restituenda afflictorum ac oppressorum in Germania Principum salute & dignitate, heroico prorsus animo obtulisset, non intermiserunt diligentem & accuratam ea quoque de re deliberationem instituere, in qua unanimi consensu cunctis placuit, mittendum esse ad S. R. Maj. Dn. *Camerarium*, & per hunc ei communicanda fideliter & sincere cuncta, quæ in hoc Hagiensi conventu & habitis consultationibus acta & concluſa essent: Exhibebit

Digitized by Google

igitur ante omnia S. R. Maj. Sueciæ Dnus *Camerarius* foederis hic iniri tabulas & articulos, referetque ex magnis cauſis & urgente neceſſitate, temporisque ac periculorum inſtantium ratione, illud contractum, ſic tamen, ut ceteris Regibus, Principibus ac Statibus, quorum intereſt, locus ad ingrediendum honorifice ſit relictus. Rogari igitur nunc S. R. Maj. a Rege Bohemiæ & ceteris Hagæ congregatis, amice, ſtudioſe ac diligenter, ut negotii tanti momenti maturationem & hanc legationem ad ſe gratam habeat, neque dedignetur in hoc commune foedus ingredi, atque ita pro ſua quoque parte juvare pro virili conſilio & re extreme periclitantem rempublicam: Nam hoc animi propoſitum S. R. Maj. & ſemper fuiſſe & adhuc eſſe, illos pro indubitato habere, ejusque magnanimitatem & prudentiam ex hoc quæque perſpectam fuiſſe, quod eo ipſo tempore, quo Sereniſſimus Daniæ Rex pro ſecuritate publica arma ſumſit, S. R. Maj. inſtructiſſimum exercitum in Livoniam & Lithuaniam deduxit, ut hac expeditione Polonos divertereţ, ne Coſaccos in Germaniam tam facile poſſent immittere: Hoc grato animo Regem Bohemiæ ac ceteros agnoſcere, ſimul orare S. R. Maj., ut ſi res ita feret,

Digitized by Google

etiam in hoc tam laudabili propoſito perſeverare & cunctas rationes viasque inire ac tentare velit, quibus peſtifera illa colluvies hominum a Germaniæ finibus retrahi ac coerceri queat. Sperare tamen ipſos, ſive bellum S. R. Maj. contra Poloniæ Regem continuandum, ſive pace aut longioribus induciis illud finitum ſit, S. R. Maj. utroque caſu nihil obſtiturum, quo minus, recepto communi cum ceteris foedere, in partes ipſa quoque veniat, & ſocios & amicos cum æterna ſua laude, quacumque ratione poſſit, adjuvet. Nihil Regem Bohemiæ, Legatos Regios & Dnos Ordines Generales maluiſſe, quam ut aut æqualiter ſuppeditatis, aut certe partitis ſumtibus S. R. Maj. Sueciæ æqualem cum Sereniſſimo Rege Daniæ exercitum ſub ſignis auſpiciisque ſuis Regiis ſtatim in hoſtem ducere potuiſſet, imo unice tam præclaram occaſionem illos adhuc quærere ac quæſituros eſſe, utque idonea & ſufficientia ad molem tantæ rei ſuſtinendam media alicubi ſe oſtendant; toto animo cupere. Sed prout nunc inter Reges & Respublicas confoederationi communi adſtipulantes ſe cuncta habent, ex ipſa impoſſibilitate natum, ut qui in hoc conventu congregati fuerunt, tale conſilium in aliud tempus, melioremque

Digitized by Google

commoditatem differre coacti ſint, non intermiſſuri, quin illo reaſſumto, ſicuti hanc impetrare potuerint, ut omnibus modis eam amplectantur.

Nunc vero cognitum, imo notorium eſſe, quot, quantosque ſumtus Sereniſſimi Reges Magnæ Britanniæ, & Pater & filius, hactenus pro cauſa Palatina tulerint, quot & quantos adhuc terra marique Rex Carolus ſuſtineat, quos pro eventuum ratione, ad conſervationem tutelam etiam proprii Regni augeri in dies neceſſe ſit. Conſtare, quam difficili periculoſoque bello Rex Daniæ implicatus ſit, & quam parum aut nihil potius vicini in Germania Principes ejus Majeſtati præſtent, cum tamen potentiſſimos Dominos & quidem magna ex parte veteranos & antehac ſæpe victorioſos exercitus ipſe ſolus pene nunc ſuſtineat. Quod ſi aliqua pars nummorum, qui a Rege Maj. Britanniæ Ejus Majeſtati ſuppeditantur, nunc quidem detraheretur, ac in alios uſus converteretur, non poſſet Sua Maj. ullo pacto ſine evidenti diſcrimine totius cauſæ ſe hoſtibus ulterius, ut hactenus, juvante Deo, fortiter ac feliciter fecit, objicere. De Dominis Ordinibus & quantum nunc belli onus provinciis confoederatis incumbat, non

Digitized by Google

opus esse, multa verba facere, neminem enim hoc melius, quam S. R. Maj. Sueciæ pro accurata sua prudentia & exacta experientia intelligere: Quæ cum ita sint, rogare Regem Bohemiæ & supra dictos S. R. Maj. enixe, ut habita præsentis temporis & omnium circumstantiarum ratione, pro singulari ingenii sui acumine & summa prudentia consideret statuatque, quibus modis recepto hoc foedere *cum ceteris* ad eundem scopum concurrere velit. Habere Suam R. Maj. paratum militem, instructas naves bellicas, magnam vim tormentorum, pulveris pyrii & necessariarum ad bellum rerum. Facile illam commodissimam viam reperturam, cum de optima ejus voluntate tot præclara documenta Rex Bohemiæ ceterique omnes in oculis & manibus suis habeant: igitur petere ipsos, ut S. R. Maj. apud se statuat: an & quot millibus peditum aut equitum alibi carere, illosque in auxilium oppressorum & quo mittere possit?

Quo loco Dominus *Camerarius* illa omnia plenissime exponet, quæ cum Principis Transsylvaniæ huc misso Nobili acta sunt. Cumque hic ingenti exercitu ex Hungaria quocunque anni tempore moturum se esse promittat, si saltem mediocris peditum Ger-

Digitized by Google

manorum manus ſub perito aliquo belli duce illi adducatur, S. R. Maj. Sueciæ de rerum ſumma quam optime meriturum, ſi quod alii in Germania nunc præſtare hac in parte Principi Transſylvaniæ nequeunt, ſi ulla ratione queat, ipſa liberaliter ſuppleat. Qui major autem mittetur copiarum numerus & faciliorem illis futurum tranſitum & hoc initium ad majora incrementa, ſic ut mutatis, favente Numine, nonnihil in melius rebus tam in Germania, quam vicinis Poloniæ regionibus, S. R. Maj. ipſa ſtatim regium exercitum in perſona ſub ſignis habere & laudem immortalem ſibi acquirere poſſit, quam magnitudo heroici illius animi ſibi ſemper propoſuit. Quod ſi vero Polonico bello non obſtante S. R. Maj. rationes excogitare & invenire poſſit, quibus hoc ipſum nunc quoque præſtare queat, quod ſane a Deo precandum ſit, tunc nihil confoederatis exoptatius & gratius, illosque una cum tota Republica Suæ Regiæ Majeſtati in æternum obligatos fore.

Ut autem eo citius & uberius quid a S. R. Maj. ad dictum finem impetrari poſſit, ſpem illi Dn. *Camerarius* faciet, vel potius promittet, Dnos Ordines Generales eo caſu quatuor illa millia peditum, quæ a Sua R. Maj.

Digitized by Google

ex peculiari foedere illis debentur, etiam finito, ſive medio pacis, ſive induciarum cum Polonis bello, non exacturos, ſed paſſuros eſſe, ut alibi, in amicorum periclitantium commodum, ſub S. R. Maj. auſpiciis militent, quamvis ſumma neceſſitas poſtularet, ut domi potius, quam foris, ea conſpicerent. Quidquid erit, in hoc potiſſimum Dn. *Camerarius* omnem curam & laborem ſuum impendet, ut S. R. Maj. Sueciæ in foedus ac partes pro communi cauſa & ſalute perducat.

Quod ut facilius obtineat, viciſſim S. R. Maj. ſpondeat ac promittat, cuncta hujus foederis commoda & fructus, qui ad alios confoederatos perventuri ſunt, præter veram gloriam, quæ magni Principes aliis emolumentis præferre ſolent, & grati animi ſtudium, quod erga S. R. Maj. cuncti confoederati oſtenſuri ſunt.

Si aliquando, quod Deus avertat, in ſuo regno S. R. Maj. infeſtetur, hujus confoederationis cauſa, ceteros tum obligatos fore, ut pro virili quisque ſuppetias S. R. Maj. ferat: habituram illam in ceterorum regnis ac provinciis cuncta prona & ad ſuam utilitatem parata ac obvia, ſuis vero inimicis occluſa & impedita, hanc inter tot Reges, Principes ac

Digitized by Google

Status tam diu ab omnibus bonis deſideratam ac expetitam conjunctionem, communibus hoſtibus terrori, amicis afflictis ſolatio, & ad majora incrementa & feliciores ſucceſſus ſalutare principium fore. Ceterum ad Regem ſua ſponte ad res magnas, ad veram gloriam properantem, non opus eſſe verborum illecebris, quin potius omnibus, quorum intereſt, hoc unum ad animum ſollicite revocandum, quo pacto S. R. Maj. in rem publicam beneficiis & meritis, quæ indubitato ſibi pollicentur & brevi expectent, quacunque occaſione ſe offerente & grati animi memoriam & parem promtitudinem re ipſa demonſtrare poſſint.

In reliquis cum pleraque, quæ hic peracta ſunt, Dno *Camerario* ſatis nota ſint ac perſpicua, cuncta ejus curæ ac dexteritati permittuntur, ut pro re nata & neceſſitate urgente, ſuam induſtriam & fidem demonſtret, & periclitanti reipublicæ atque adeo Regi Bohemiæ ac Palatinatui utilem operam navet. Eo vero S. R. Maj. inducere conabitur, ut ad xx. Martii inſequentis anni Legatum cum pleniſſimis mandatis & foedus ipſum, & quæ ex illo dependent ac fluunt, abſolute & perfecte concludendi ac ſtabiliendi Hagam Co-

Digitized by Google

miris amandet, ubi etiam ceteri confoederati ſuos ad prædictum diem habituri ſunt, ut negotia tanti momenti tandem ad felicem perducantur exitum. Datum Hagæ Comitis 18. (8.) Decembris An. 1625.

XLVIII.

Schreiben König Guſtav Adolphs an Churfürſten Friderich zu Pfalz, K. in Böhmen, vom 23. April. 1626.

Aus einer Schwed. K. Canzley-Handſchrift.

Nos Guſtavus Adolphus D. G. Sueco-rum &c. Rex &c. &c. Friderico D. G. Bohemiæ Regi &c. &c. Salutem & proſperrimos rerum conſiliorumque ſucceſſus.

Sereniſſime Princeps, Frater, Affinis, Conſanguinee, compater & amice chariſſime. Libertas publica cum privata Dilectionis Veſtræ ſalute adeo conjuncta eſt arcte, ut qui alteram vel perverſæ deſtinationis conſilio labefactare, vel meliore afflatu promovere conetur, id ſine alterius communi ſenſu præſtare nequeat. Noſtri ſane ſtatus, amicitiæ & neceſſitudinis intereſt, ut modis omnibus procuremus, non tantum ne quid alterutra detrimenti amplius capiat, ſed ut utroque omnis felicitatis incre-

Digitized by Google

mento efflorescat. Quam ad rem cum opera alicujus viri prudentis & diserti indigeremus, qui in vicem defuncti Residentis nostri Ruthgersii surrogatus, universa negotia nostra, rebus ita stantibus, continua præsentia suo in Belgio diligenter expediret: & ab aliquot jam annis perspecta ac commendata Nobis esset industria, virtus, fides & eloquentia viri nobilis, Dn. Ludovici Camerarii, egimus hic cum eodem, ut ordinarii Residentis munus nomine nostro in se susciperet. Sed quia Dilectioni Vestræ fidelitatis & obsequii nexu a longo jam tempore obstrictus adhuc teneatur: quo minus ante voluntati nostræ accederet, quam a Dil. Vestra dimitteretur, idem ingenuitatis suæ candor recusavit.

Rogamus itaque Dil. Vestram pro eo amicitiæ & necessitudinis vinculo, quod mutuo nobiscum intercedit, ut in gratiam nostri hoc eum nexu tantisper solvat, quo facilius possit dicti muneris sacramento nomen suum accommodare. Sicut non dubitamus, quin eadem opera & Dil. Vestræ & communi omnium saluti plurimum inservire: ita Eandem rogamus, ut omnia vicissim sinceri affectus & benevolentiæ officia de Nobis certo polliceatur; quam hisce divini nominis tutelæ cum voto

felicitatis

Digitized by Google

felicitatis ex animo commendamus. Datum Stockholmiæ die 22. Aprilis An. 1626.

D. V.

bonus, amicus & conſanguineus
Guſtavus Adolphus.

XLIX.

Eigenhändiges Schreiben des Reichs-Canzlers an G. R. Camerarius, vom 6. Jun. 1626.

Aus dem Original.

Magnifice & Nobilis Vir.

Cuncta a tuo diſceſſu ferme manſere apud nos in eodem ſtatu, niſi quod in Livonia ad ſuſpenſionem armorum in ſex ſeptimanas recepram additus ſit menſis finem ſuum elapſo 21. Maji ſtylo noſtro ſortitus. Homines privati partium Polonicarum loquuntur nonnihil de propenſione Poloni in pacis tractatum, interim decretum bellum eſt in Comitiis Warſavienſibus & rei adminiſtratio arbitrio regio permiſſo ac ſcitum tributum eſt in hoc bellum non aſpernandum. Certe, ut moris eſt iſti genti, nullum non convitii genus in Regem noſtrum ac Regnum conjectum. Præterea redditæ nobis his diebus ſunt literæ Senatorum

Digitized by Google

Regni Poloniæ, quibus reſpondent ad eas, quas Generalis noſter & ego menſe Januarii ad ipſos dedimus. Placuit vero utriusque epiſtolæ exemplar addere, ut videas, nihil ab iſtis ſincere agi, cum tantos viros ſcholaſtico & ſophiſtico Jeſuitarum more ac inſtituto ludere verborum ambiguitatibus non pudeat; ac nihilominus ex iisdem deprehendes, Polonos ex parte quadam adhuc a pace non eſſe omnino alienos.

Ad cetera quæ attinet, anxie nunc literas tuas expectamus, certi, nos per illas de rerum ac conſiliorum ſtatu informatum iri. Interim ne plane ignarus ſis rerum, quæ hic agitantur, adjiciam, quæ videntur maximi momenti eſſe. Erat Regi Sueciæ conſtitutum, cum exercitu in Livoniam trajicere, ut bello Polonico finem aliquando inveniret, preſſis, quantum fieri poſſit, Lithuanis. Dum hæc parantur & exercitus coit, advenit Winterfeldius, ab Electore Brandenburgico huc miſſus, petitum, ut Rex Sueciæ cum exercitu in Germaniam trajiceret, idque & Regem Daniæ ſuadere & cupere, atque ut Regi Sueciæ eo melius eſſet proſpectum, Regem Daniæ ſubſidiis Mansfeldicis ceſſurum. Locum vero expoſitionis militis noſtri Caminum a

Digitized by Google

Rege Daniæ deſtinatum, & iter ad Oderam: ſed ab Electore Brandenburgico iter ad Albim electum & Wismariam appulſui noſtro commodiorem judicatum. Hæc turbarunt nonnihil conſilia noſtra. Propendebat Rex Sueciæ in eorum petita, nec quicquam magis penſi habet, quam ut periclitanti rei communi ſuccurrat & vacillantes animos corroboret & confirmet. Verum multa ſunt, quæ animum ſua ſponte ad cauſæ communis ſubſidia latum anxium reddunt ac diſtrahunt, inprimis quod Winterfeldius miſſus eſſet ſtatim poſt cladem ad pontem Deſſavienſem acceptam, ut turbato potius quam firmato conſilio Brandenburgicæ aulæ ablegatus videretur, accedentibus quoque aliis indiciis. Præterea Schwarzenbergicus reverſus cuncta hæc conſilia disjecturus videbatur, cum, ut noſti, aulæ iſtius directionem obtineat, neque Winterfeldius quidquam adferebat de modo progrediendi, quin potius adſerebat, Ducem Pomeraniæ conveniri de certo loco adpulſui concedendo non poſſe, priusque Rex Sueciæ cum claſſe & exercitu adveniret. Quod conſilium licet ſuo tempore non videtur negligendum, adhuc tamen omnium animis fluctuantibus & ad fortunæ fluxum vel refluxum ſe mutantibus

Digitized by Google

non eſt judicium tempeſtivum. Expectare autem reſponſum & uberiorem reſolutionem vel ab Electore Brandenburgico vel a Rege Daniæ nihil aliud eſt, quam eo usque differre velle negotium, donec omnis rei gerendæ occaſio & tempus elapſa ſint, præſertim cogitantibus, mare nobis tranſeundum eſſe, quod cum exercitu ſine grandi periculo fieri non poteſt menſe exacto Auguſto. Interim ſi Rex Sueciæ in Livoniam iret, procul a theatro communis fabulæ futurus atque arceri a communicatione conſiliorum ac rerum communium ob locorum diſtantiam & interjectum tum maris tum hoſtis Poloni videbamur. Fuit ergo capiendum aliud conſilium, cujus vi ſecundum Deum Rex Sueciæ ſe & regnum ſuum tueretur, & cum exercitu in propinquo Germaniæ conſiſteret. Hic occurebat ſuper antehac cogitatum, & cum Rege Bohemiæ, Principe Mauritio aliisque communicatum conſilium reſtituendæ rei Germanicæ per Poloniam, ideoque Boruſſia, veluti hoſtile ſolum & Germaniæ propinquum iterum arridere coepit, per illam enim & hoſti noſtro ægre facere ac forſan ad juſtas conditionis pacis premere & impellere licebit, nihiloque minus illa facultatem præbitura eſt commodiſſimam

Digitized by Google

ob vicinitatem Pomeranicæ terræ marisque tuto legatos & nuntios mittendi & cum Principibus communicandi, ut, ſi his viſum fuerit, poſſint opera Regis Sueciæ reſtitutionem Germaniæ vel per Poloniam ſub prætextu belli noſtri moliri vel Regi Sueciæ, ſi horum conſilium id per Germaniam tentandi magis arriſerit, juſtis & rationi conſentaneis conditionibus attrahere, unde locus hic conſilio utriusque ampliſſimus nunc quidem dilectus eſt, quo Rex Sueciæ cum exercitu tenderet, ibidem expectaturus, utrum horum reliqui magis adprobaturi ſint? & interim proprio bello intentus, ſuppreſſo cauſæ publicæ nomine, hoſtem ſuum perſecuturus vel ad pacis conditiones, ſi haberi poſſint, vel ut ægre ei faciat, ſedemque belli in hoſtico collocet. Credibile quoque eſt, nuspiam nos cum ſpe majori de pace acturos, quam in Boruſſia, ſiquidem nuspiam majora detrimenta vel pati vel metuere Polonus queat, ut non immerito ad eum modum etiam ratio ſecuritatis noſtræ commodiſſime in eventum haberi poſſe videatur. Illud vero commodum hinc indubie derivabitur in Regem Daniæ, & cereros cauſæ communis curatores, quod Regis Poloniæ cum Cæſare conjunctionem neutiquam

Digitized by Google

neceſſe habeant metuere; quicquid enim virium Polonia habebit, id totum, modo per alios vicinos licuerit, ad hoc incendium reſtinguendum convertet. Hoc vero incommodum iſthoc conſilium videtur ſecum trahere, quod Boruſſiam regalem Rex Sueciæ non poſſit tuto intrare, niſi per oſtium Pillo, ad ducalem Boruſſiam pertinens, cumque ſibi Rex Sueciæ de itu redituque tuto proſpicere debeat, neceſſe eſt, ut id oſtium ſui juris faciat, donec ipſi in Boruſſia hærendum erit. Aſt compenſabitur hoc incommodum multo majori commodo inde in rem communem derivato, tum excuſari poterit temporum neceſſitas, ac denique Rex Sueciæ omnem dabit operam, ut, quantum fieri poterit, abſtrahatur belli moles a limitibus Ducalis Boruſſiæ, neque ejus ſubditis quiescentibus quicquam hoſtilitatis a Regis Sueciæ exercitu inferatur; quin & rebus compoſitis, vel Regis Sueciæ exercitu in Germaniam translato, oſtium Boruſſiaci maris Pillo ſine mora reſtituetur Duci Boruſſiæ. Nec videtur huic quicquam hinc invidiæ apud Polonum enaturum, cum non ſit difficile judicare, totum hoc ipſo inſcio fieri.

Cum hoc reſponſo remiſſus eſt Winterfeldius atque Rex Sueciæ iter Boruſſiam ver-

Digitized by Google

sus (utinam favente Deo!) brevi est ingressurus. Ego vero jussus sum, hæc tecum sincere & aperte communicare, ut cuncta, quæ hic aguntur, inprimis in isthoc negotio, cognoscas & rationes consiliorum nostrorum intelligas; idque tum ut consilia & actiones tuas hisce conformes & accommodes, tum ut audito Regis Sueciæ in Borussiam appulsu explices Regi Bohemiæ, & nec non Principi Auriaco, occasionem & rationes hujus consilii, iisdemque ostendes, Regem Sueciæ semper ante hanc viam causæ communi restituendæ commodissimam censuisse, nunc vero istuc eo facilius pellectum, quod se e Borussia nullo negotio cum ceteris amicis communicare posse videat constitutum in propinquo, ut & suorum & simul hostis communis actiones observare liceat. Certe, si voto Regis Sueciæ Bethlen responderit, Rege Daniæ in Germania occupato ac Rex Bohemiæ sentiens, hanc non ineptam adigendi Cæsarem ad Suæ Majestatis restitutionem, agere apud suos amicos voluerit de augendo exercitu Regis Sueciæ & subsidiis subministrandis, puta, Regem Sueciæ, Deo duce & auxiliante, daturum operam, ut consilium effectui detur.

Digitized by Google

Hæc pro tua prudentia & uſu rerum explica uberius, ut, ſi placet conſilium, foveatur a Rege Bohemiæ & per hunc incitentur Rex Angliæ, ipſe Elector Brandenburgicus, Ordines atque alii. Inprimis da operam, ut hæc recte perſuadeantur Regis Bohemiæ Matri, Electrici Palatinæ, ut & ipſa in eodem elaboret, neve patiatur has occaſiones manibus ſuis ac ſuorum elabi. Quodſi nihil aliud obtinueris, danda tibi cumprimis opera erit, ne hæc tam bene cogitata, tam pie deſiderata, morſibus malevolorum & interpretationibus vel invidorum vel hominum inertium traducta vitio Regi Sueciæ vertantur; quod cum alibi curare debeas, tum in aula Brandenburgica id præter cetera agere oportebit. Caute nihilominus iſtic verſari decet, neque hæc cuiquam concredere, priusquam intellectum fuerit, Regem Sueciæ in Boruſſiam adpuliſſe atque ibidem pedem fixiſſe, ne, ſi quid interim adverſi contingat, vel tempeſtatibus vel jactu maris, vel quacunque alia ratione, aut ſi quid ob intervenientes cauſas conſilii hujus mutatum fuerit, id ad qualemcumque notam Regis Sueciæ pateſcat. Te autem cum nihil celandum putem, etiam hoc viſum eſt neceſſarium, ut de eo tempeſtive admonearis, ne

Digitized by Google

cum fama ad vos pervenerit, cum ſtupore reſciſcas. Vale, Vir amiciſſime. Raptim Stockholmiæ die 6. Julii An. 1626.

Magnificentiæ tuæ ſtudioſiſſimus

Axelius Oxenſtierna mppr.

L.

Schreiben des Kön. Schwediſchen Reſidenten Camerarius, an den Reichs-Canzler, vom 15. (25.) Sept. 1626. *)

Aus einer Abſchrift.

S. P. Illuſtris ac Generoſe Domine.

A Rege Bohemiæ literas accepi 27. Julii ſcriptas & ſimul adjunctas Secretarii, in quibus Camerario mandabatur, ut apud Hollandos veteres propoſitiones renovaret, impetraretque ab his convenientia ſubſidia, tum ut illi Dantiſcanis perſuadeant, ut Regis deſideriis de neutralitate ſatisfacerent. Utrumque

*) Das Original dieſes zu Meer abgeſchickten Schreibens wurde von einem Pohliſchen Schiff aufgefangen und nebſt anderen Depeſchen durch den Druck, unter dem Nahmen: Cancellaria Suedica 4. Bogen in 4. bekannt gemacht.

Digitized by Google

ab eo factum ſine mora, Ordinibusque demonſtratum multis rationibus accuratiſſime, non Reipublicæ tantum univerſæ, ſed ipſorum etiam vel maxime intereſſe, omni cura in rem adeo neceſſariam utilemque incumberent. Collati itaque invicem ſemel atque iterum ſermones, ſed deliberando & cunctando tempus conſumitur. In poſteriori quidem negotio non adeo magnas difficultates animadverto, quamvis ſint, qui putent, conditiones aliquo modo graviores a civitate Regem exegiſſe, ſunt vero non pauci in collegio, qui, cum mercatores ſint, verentur, ne hoc horreum ipſis occludatur, atque ita intercipiatur privata utilitas, quæ ſane, proh dolor! fere cynoſura eſt hoc loco in conſiliis & actionibus. Pauci ſunt, qui prudentia & auctoritate valeant, pauci, qui publica privatis præferrent. Itaque in priore maxime arduo negotio parum polliceri poſſum. Immenſo premuntur Hollandi belli onere & hoc anno incredibiles ſumtus fecerunt, magna ſpe, inani conatu. Princeps ſe affligit, quod primordia ſui muneris in hac prima expeditione ſucceſſus deſtituit. Plebs murmurat & ad ſeditionem prona eſt. Accedunt alia terra marique incommoda, quæ animos exulcerant. De factionibus inter-

Digitized by Google

nis ſine horrore ſcribere nequeo. Nec appareret, unde Belgici ſtatus nunc pecuniam habere queant, cum neque a Rege Angliæ, neque a Venetis, neque a civitatibus Hanſeaticis obolum amplius accipiant, contra datam fidem, contra promiſſa & icta foedera. Ex quo Status Hollandiæ in id tantum incumbunt, ut ſolummodo de ſua defenſione, non de aliorum ſalute ſint ſolliciti. Camerarius in colloquiis inter alia & hoc animadvertit, dubitare illos, an Brandenburgicus contra Polonos ſe cum Guſtavo velit conjungere; non enim Bethlemum hos ulla ratione offenſurum ex ejus Legato Quadio ſe pro certo intellexiſſe affirmant. Præſupponunt etiam, diuturnum hoc bellum fore inter Guſtavum & Regem Poloniæ. Nam Polonos ob translata ejus tela in ſua viſcera non facile ad conſilia pacis redituros eſſe. Sic Guſtavo in Pruſſia aut Polonia ſemper occupato & Brandenburgico ſuas ſibi rationes habente, cur Regem Poloniæ offendere nolit, ut dictum, difficilem ac lentam fore reſtitutionem rerum in Germania per Poloniam. Hæc talia in diſcurſibus animadvertere licet, ſed expectanda nobis erit ſolennis reſponſio, quam ſimulatque Camerarius accipiet, illico transſcribet. Conjicio, Hollan-

Digitized by Google

dos rem rejecturos ad Regem Angliæ, ut hujus culpa excuſent ceſſationem ſuam. Quo autem nunc loco cuncta ſunt in Anglia, non dubito, Agentem Regis Bohemiæ, qui in Anglia eſt, diligenter ad Illuſtr. Generoſit. Tuam perſcribere. Uno verbo ſunt miſerrima. Debet Anglus Dano tres milliones, Hollandis ad minimum unum, Domi duo. Dano quidem promittit præteritorum ſolutionem, ſed in futurum recuſat, quia hic arcanos in foedere articulos nondum omnino ratos habuerit. Quamdiu apud Anglum Dux clavum tenet, nihil boni expectandum eſt. Si Miniſter Hiſpani eſſet, non poſſet accuratius ad Auſtriacorum rationes cuncta dirigere. Sed nolo in his immorari, quæ & rectius & plenius ſignificabit Dn. Spenſius. Interim agamus officium noſtrum, ubi & quantum poſſumus. Grata ſuperveniet, quæ non ſperabitur, hora. Deus tantum ſecundet Guſtavi conatus & Reipublicæ ſervet tam pretioſum caput, quod deſtinatum eſſe ſpero ad ejus reſtitutionem divinitus.

Legatus Bethlemi hodie diſcedit, in Angliam profecturus, ultra menſem retentus fuit & in re pecuniaria nihil tamen ab Hollandis obtinuit. Metuo, ſi ille acta reſciſcat, ne

Digitized by Google

resiliat; quod si facit, periit Mansfeldius. Qua de re ex aula Imperatoris ut & aliis de rebus diversa scribunt, uti liquet ex chartis, quas meis ad Dn. Salvium adjunxi. Italica scripsit Agens Venetorum in illa Aula; Germanica Agens Würtembergicus.

Dani clades magna fuit. Præcipitavit in loca iniquiora & caruit exploratoribus. Res a Cæsareanis in majus extollitur, ubique maxime, ut Bethlemum contineant in amicitia & Mansfeldii res ad incertum redigant. Danus mea opinione nec cito se recolligere nec diu cogere poterit. Civitates Hanseaticæ ex metu Tyllii vindiciis imperatis satisfacient, nisi viderint, aliis utriusque maris majorem curam fore. Postularet sane necessitas, ut Gustavus, Danus, Hollandi, Angli, aliique, quorum interest, ea de re peculiares tempestive conventus agerent. Hoc sæpius Stratibus Camerarius instillat, sed parum promovet. In Aula Brandenburgica misera est rerum facies & optimus noster Winterfeldius cogitat de discessu, sequentur exemplum alii, sic Comes Schwarzenbergicus vacuæ dominabitur aulæ. Utinam esset in extrema Japonia, aut alibi, unde negant redire quemque. Sed hæc arcano scribendi modo hactenus.

Digitized by Google

Princeps Auriacus cum toto exercitu Rhenum tranſiit. Non procul abeſt cum ſuis copiis Comes Henricus Bergen. Præterierunt præclare occaſiones & annus in hyemem inclinat, ut magnum aliquid ex neutra parte expectandum eſſe videatur. Dunkerkenſes in Oceano graſſantur, interceptas naves piſcatorias 18. igni abſumſerunt, præcipitatis in mare hominibus, qui in illis reperti. Ejusmodi extremis caſibus Hiſpani ſeditionem popularem ſe concitaturos in Belgio ſperant. Ex India orientali tres naves pretioſa merce repletæ advenerunt. Gallia conſpirationibus & domeſtico tumultu agitatur, originem a Jeſuitis eſſe prudentiores ſciunt, ſed illi mehercle! magno ingenio feriunt. Cum Reges occidunt, ſe innocentes eſſe clamant. Deus tollat tandem e genere humano hanc orbis chriſtiani peſtem.

Claſſis Britannica 30. majorum navium jam exiiſſe ſcribitur, ei ſe jungent 10. Batavicæ. Si Peruanum argentum intercipere poſſent, operæ pretium facturæ eſſent, ſed metuo, ne eadem fortuna uſura ſit, qua illa anno præterito cum damno & pudore domum rediit. Nuper ſignificavi, captum fuiſſe Viennæ quendam, quem a S. R. M ad Bethlemium Principem mandata habuiſſe ſcripſe-

Digitized by Google

runt, sed is Minister est Bethlemii, Henricus Trenling, qui Mansfeldium sequitur, inde ad Herum suum redire voluit. Nescio an forte etiam S. R. Maj. viderit, nam ab hac multa arcana eum habuisse credere non possum.

Plura jam non succurrunt & forte jam scriptis excessi modum, cum sciam, me peccaturum in publica commoda, si Illustr. Gen. Tuæ prolixiore scriptione molestus fuero. Desino igitur & ejus benevolentiæ me unice commendans, salutem Ei ac incolumitatem toto pectore voveo. Loco solito 15. (25.) Sept. An. 1626.

LI.

Eigenhändiges Schreiben des Reichs-Canzlers an G. R. Camerarius, vom 20. Sept. 1626.

Aus dem Original.

Magnifice Vir.,

Intermissum aliquandiu scribendi officium nunc reassumo. Ablegatus sum a S. R. Maj. Domino meo in Finnlandiam, tum ut maximam Finnonicarum copiarum partem in Livoniam ejus tuendæ causa transmitterem, tum ut quasdam cohortes seu Regimenta & alas

Digitized by Google

equitum ipſe reficiendi exercitus Regii cauſa in Boruſſiam adveherem. Conflictatus quoque ſum cum qualicumque ægritudine, etſi non gravi, quæ tamen conjuncta cum locorum iniquitate abſcidit mihi commercium literarum. Poſtquam vero & ex illa emerſi & huc feliciter adpuli, nunc rediens ad morem conſuetum, accommodabo me tempori & pauca de ſtatu noſtro ſcribam.

Scis, S. R. Maj. præterita æſtate in Boruſſiam veniſſe & cauſas noſti; ſucceſſit negotium, favet coeptis fortuna, occupata eſt Braunsberga, Elbinga, Marieburgum & alia minoris nominis loca, ac peragrari maxima pars Boruſſiæ potuiſſet, niſi S. R. Maj. de futuro ſollicita magis de conſervandis rebus quam augendis cogitaſſet. Ut igitur Viſtulam in poteſtate retineret, omni ejus commoditate hoſtibus præcluſa, Dirſchavium munivit, munimentum ad Noiet, ubi ſe Viſtula dividit, & altero alvo Dantiſcum præterlabitur, altero ſe in mare Boruſſicum effundit, erexit, portum Pillavienſem duplici munimento ſine injuria Ducis firmavit, quo itus reditusque ſibi impune pateret. Cum Dantiſcanis egit humaniſſime & ſincere, cupiens illos ad jus & pacta neutralitatis perducere. Illi

hac

Digitized by Google

hac humanitate Regis abuſi egere initio miſſis ſæpius Legatis ſuis in caſtra & invitatis etiam Legatis S. R. Maj. in urbem, ſed ut poſtmodum compertum eſt & exitus docuit, nullo alio fine, quam ut tempus lucrarentur. Interea Rex Poloniæ cum filio ſuo principe junctis copiis ſuis paulatim progreditur atque initio hujus menſis Graudentii conſedit, accedensque propius caſtra poſuit 14. abhinc die ad oppidulum & arcem non magni momenti, quod tenetur S. R. Maj. præſidio, dictum Meven, Rex igitur metus adverſum progreditur & a caſtris hoſtilibus unum milliare caſtra locat, dieque ſequente, qui erat 12. hujus, cognoſcendi & inſpiciendi locum cauſa ad hoſtium caſtra accedit, ubi velitatio acris inter pedites noſtros ac hoſtium pedites ac Coſaccones commiſſa fuit ad 5. horas, verum hoſte per tormenta noſtra majora & peditum minora e planitie remoto, Rex ſine ullo detrimento in caſtra ſua reverſus eſt. Cecidere ex parte hoſtium ad 150. & 3. Capitanei, ut ex captivis innotuit, apud nos deſiderati ſunt circiter 20. nec quisquam alicujus nominis; poſtquam vero Comes Turnenſis cum Germanicis cohortibus adpuliſſet ex Livonia, S. R. Maj. aucta egregio peditatu locum caſtris ſuis pro-

Digitized by Google

pius hoſtilia delegit, factum periculum, ſi Mevæ ſuccurrere poſſit. Deus, in cujus manu cuncta ſunt, fortunet Suæ Maj. deſtinata, quæ cum unice directa ſunt ad ſalutem & conſervationem Eccleſiæ atque amicorum, tum ad ſecuritatem propriam & conſecutionem juſtæ pacis, confidimus nos Deum habituros faventem & ceptis bonum exoptatumque exitum largientem. Ego ad literas tuas multa haberem, quod ſcriberem, verum excludor tempore, & ſpero me propediem habiturum facultatem, mentem meam uberius explicandi & læta narrandi. Vale. Raptim Marienburgi die 20. Sept. An. 1626.

T. amiciſſimus

Axelius Oxenſtierna mppr.

LII.

Schreiben des Geh. R. Camerarius an den Reichs-Canzler, vom 1. Oct. 1626.

Aus einer Abſchrift.

S. P. Illuſtris ac Generoſe Domine.

Nullum adhuc reſponſum a Dominis Ordinibus extorquere potui, quamvis hoc quotidie urgeam, tenent lupum auribus. Quidam ad Angliæ Regem totum negotium re-

Digitized by Google

ferre volunt, ut conjunctim cum eo procedant, cum ad utrosque illud ſpectare videatur. Seorſim etiam Ordines Batavos audire volunt & tum perſpecta horum ſententia aliquid certi denique decernere. Sic tempus labitur & præteribunt ſimul occaſiones rei bene gerendæ. Dani clades, quæ ſane ingens fuit, adeo Dnn. Ordines perculit, ut & de ſuis rebus in conſiliis fluctuare inceperint. Volebat *omnino* Princeps aliquid magni adhuc tentare & *de obſidenda* Veſalia actum ſcio, ſed infortunio Danico percepto non audent experiri fortunam, quam ſibi quoque adverſam fore metuunt. Auxit timorem novus rumor, Tyllium perſequentem victoriam ſuam internecione deleviſſe exercitum Danicum & ipſum Regem in ejus poteſtatem veniſſe. Sed falſus hic fuit & allatæ mox literæ, quibus ſignificabatur, recollegiſſe Regem ſuas copias, hasque auctas acceſſione Adminiſtratoris Magdeburgenſis & Scoticis quibusdam centuriis, ita ut luſtratæ fuerint 21. millia militum. In locum occiſi Fuchſii ſucceſſit Gerhardus Ranzovius, ſenex. Quo pacto commiſſum fuerit circa Lutream prælium, ex adjuncta narratione liquet, quam vir bonus & rei bellicæ peritus ex urbe Brunswicenſi ſcripſit, qui ei in-

Digitized by Google

terfuit. Veriſſimum mehercle eſt Auguſti dictum: Prælium nunquam ſuſcipiendum, niſi cum major emolumenti ſpes, quam damni metus oſtenditur. Tot ſane præclaros Duces Rex amiſit, ut non videam, unde & quomodo hanc jacturam reſarcire poſſit. Nihil dum ad Dnn. Ordines ſcripſit, neminem huc miſit, ſic hi quoque lentiores ſunt, ut aut moneant, aut juvent. Adeſt adhuc Chriſtianus Thomæ Legatus, in privata cum Rege Gallia controverſia, quæ Dnn. Ordinum arbitrio a partibus commiſſa eſt. Quam diu hic fuit, nullas unquam a Rege ſuo literas accepit, ut ignorantiſſimus ſit rerum, quæ geruntur in bello Saxonico, quod profecto & Regis & Legati auctoritatem minuit. Deum oro, ut majora incommoda clementer avertat. Terrent me veſtigia.

Utinam acceptum damnum felicitas S. R. Maj. in Boruſſia compenſet. Spero hanc mora & cunctatione Polonicum exercitum conſumturam, ut ordines Boruſſiæ ex belli tædio ad pacis conſilia Polonorum animos inflectant. Ego deſiderio literarum a vobis ex Boruſſia pene emorior, ut certo ſciam rerum ſucceſſus, de quibus varii varia, prout amant aut metuunt. Vellem, Dantiſcum jam S. R. Maj.

Digitized by Google

poteſtate eſſet, ſic nulla amplius conſultatione opus foret de neutralitate, quem vocant, illius civitatis & plerumque facta laudantur, quæ, ut fiant, multi nollent. Sed de his pluribus, ubi veſtras tandem accepero, quæ omnia de omnibus mihi referant.

Certum eſt, Wallenſteinium mandata habere a Cæſare, ut exercitum transferret in Holſatiam. Mutata vero illa, poſtquam nuntiatum fuit, S. R. Maj. veniſſe in Boruſſiam & copias ſuas cum Mansfeldio & Bethlemo Principe conjuncturam eſſe. Literæ ad me, quas ex ſuperiori Germania mitti in ſchedis ad Dnum Salvium miſſis annotavi, ſcribuntur a quodam Regis Bohemiæ Conſiliario, qui eſt in aula Würtembergica, quique accurate novit, quæ gerantur a Cæſare. Hoc monere volui.

Ex Polonia aut Boruſſia, ut olim, nunc nihil accipio, ex cauſis nuper expreſſis. Ad alios tamen huc perſcriptum, fuiſſe apud Poloniæ Regem Legatum Hiſpanicum Sonenſem Comitem, qui ſui Regis nomine quatuor petierit: 1. Concedi ei portus in Boruſſia, in quibus naves fabricare & militem habere liceat, ſuo ſumtu, quibus uteretur, ubi ipſi foret commodum. 2. Ne Poloni ullum amplius

Digitized by Google

frumentum paterentur deportari in has terras. Hiſpanum enim illud coemturum omne, ut transveheretur in Hiſpaniam. 3. Ut Coſacci ſti endiis ab Hiſpano acceptis bellum inferre Turcis pergerent. 4. Ut primogenitus Regis uxorem ducat ex familia Auſtriaca. His Poloni ſi ſatisfacerent petitis, Hiſpanum ſive milite, ſive pecuniis eos adjuturum eſſe in bello, quod haberent cum Rege Sueciæ. Recuſarunt Poloni priora duo capita, in poſterioribus vero facile aſſenſum fuit. Sed nunc, Deo ſit laus, S. R. Maj. res eo loco ſunt, ut Hiſpani ejusmodi conſiliis carere poſſint. Nullum tamen dubium, Domum Auſtriacam ad mare Balthicum ſemper deflectere ſuam intentionem & de nova claſſe Hiſpanica iterum rumor exoritur, de cujus veritate inquiritur.

Claſſis Britannica 30. majorum navium tandem exiit, quam ſequentur 10. Batavicæ, quæ tamen lente progredientur. Non apparet, quo fine hæc expeditio inſtituta ſit, ut de feliciori, quam ante annum, exitu nihil mihi polliceri auſim.

In Gallia inaudita conſpiratio perturbavit omnia, ejus originem ab Hiſpanis & Jeſuitis fluxiſſe nullum mihi dubium. Voluerunt Regem de ſolio dejectum in monaſterium

Digitized by Google

detrudere atque in ejus locum fratrem ejus ſubſtituere; illum enim ad gubernacula Regni parum idoneum, favere & hæreticis, hunc magis igneum & Gallico ingenio felicius regnaturum eſſe. Hinc odia & turbæ & Principum captivitates, quorum nonnulli elapſi jam militem colligere dicuntur. Sic novi in illo regno motus metuendi ſunt, quos ſemper Hiſpani conquirunt & expetunt. Sed nondum venerunt hac ſeptimana ex Gallia & Italia literæ, ut plura de his rebus ſcribere non licet. Conſtantinopoli illæ allatæ ſunt, ſed nondum eas impetrare potui, mittam igitur proxime. Hoc tamen ex illis mihi relatum, mutata in aula *Ottomannica* cuncta in melius, interfectis auctoribus cædis, qua indigniſſime prudentiſſimus Senex Caimachanus e medio ſublatus fuit. *Bethlemio* Principi ſatisfactum ad cuncta ſua petita, quæ nuper deſcripta transmiſi & *Budenſem* atque Bosnenſem Baſſas in Hungaria habituros exercitum, qui ad nutum Bethlemii præſto ſit. Finitis jam 20. annorum induciis cum Cæſare, ad alia de pace pacta Turcas non venturos, quia nolint creſcere Domus Auſtriacæ potentiam. Hæc obiter, cætera, ut dixi, proxime. Nunc me Illuſtriſſ. Generoſitati Tuæ devoto obſequio commendo, hanc

Digitized by Google

quam feliciſſime valere cupio. Scripſi feſtinanter loco conſueto Cal. Octobr. St. loci An. 1626.

Bavarus adhuc vivit, ſed morbis fractus fratri Alberto regimen una cum dignitate Electorali cedere voluit, quod, hunc recuſaſſe, magni animi foret, ſi verum eſſet.

LIII.

Schreiben von Camerarius an den Reichs-Canzler, vom 6. (10.) Oct. 1626. *)

Aus einer Abſchrift.

Illuſtris ac Generoſe Domine.

Has mari Elbingam transmittere volui, ſi forte hac via tuto ad Illuſtr. Gener. Tuam pervenire queant. Singulis hactenus ſeptimanis pro more meo ad Illam ſcripſi, ſed cum terra itinera ubique minus libera ſint, idcirco de meis ſæpe ſum ſollicitus. Nam ullas a me ex hoc loco ad Andream Guenzonium perlatas in Boruſſiam veniſſe hactenus reſcire non potui. Itaque ſummo cum deſiderio expecto,

*) Das Original davon befande ſich ebenfalls unter denen von den Pohlen aufgefangenen Briefen.

Digitized by Google

ut ex certo indicio hac sollicitudine liberer. Semper autem exempla mearum Stockholmiam transmittere soleo, ut DD. Regni Consiliariis, qui ibi manserunt, innotescant. Certe in fide & diligentia & toto adeo affectu meo volente Deo nihil unquam desiderari patiar. Scribam autem nunc de quibusdam plenius, quia has ita me curaturum sperem, ut interceptionis periculo non sint futuræ obnoxiæ.

Regem Daniæ minus felici successu hoc bellum gesturum semper metui. Nam ab initio statim, cum in ejus castris fui, a nonnullis rei bellicæ peritis talia narrare audivi, quæ magnam mihi facere spem non potuerant. Suo semper ingenio Rex uti solet, consuetus recte monita spernere. Hinc & Dux Vinarienſis & Fuchsius, rei tormentariæ præfectus, sæpe conquesti de hoc ad alios & stipendiorum tardiorem solutionem ingentis aliquando mali originem futuram protestati sunt. Mortuo etiam Christiano Duce Brunsvicensi cuncta in pejus lapsa & militi hæc opinio instillata, sive imperitia Ducum, sive Regis vigore animi ex infelici cum equo casu valde imminuto, nihil recte fieri, ut postularet magnitudo periculi. Qui autem errores commissi fuerint, cum in persequendo Tyllium tam longo a

Digitized by Google

tutis receptaculis intervallo, relicta etiam a tergo arce, exiguæ annonæ totius ſubvectio intercepta ab hoſtibus fuit, tum in ipſo commiſſo prælio, ex narratione, quam de tota illa re nuper miſi, intelligi potuit. Fatendum nihilominus eſt, totius calamitatis fontem ex Anglia fluxiſſe, cum contra pacta conventa & datam fidem Rex Daniæ tam indigne deſertus fuit. Quæ autem infelicem illam pugnam mala ſecuta & adhuc ſecutura ſint, partim cum ſummo dolore omnium bonorum ante oculos ſunt, partem licet facile conjicere. Illico Dux Brunsvicenſis, deſerto Avunculo & avocatis ab ejus exercitu ſibi ſubditis, in ſervitutis conditiones a Tyllio ipſi propoſitas conſenſit, quo facto totus facile Ducatus in hoſtis poteſtatem venit & Epiſcopatus Hildesheimenſis præcipua ejus portio Papatum recipere cogetur. Idem fiet mox de aliis in tota inferiori Saxonia Epiſcopatibus, Rex ſimul Daniæ Bremenſi & Verdenſi excidet. Quid nunc Hanſeaticæ civitates facturæ ſunt? Ultro pacem (ſic enim ſervitutem vocant) & Cæſaris jugum amplectentur & ſic Viſurgi & alibi præſidiis firmato utroque ipſi Oceano & mari tandem Balthico Auſtriaca potentia incumbet. Rex Daniæ aut arma tandem deponere coge-

Digitized by Google

tur, aut satis habebit agendum, ut Holsatiam & proprium Regnum defendat. Nam audio Eum Anstrouthero Legato Anglico denunciasse, nisi ex Anglia intra bimestre ecuniam accipiat, se relicta causa sibi prospecturum, quibuscunque etiam rationibus. Hoc si faceret & copias suas dimitteret, his ad ipsos hostes confluentibus, tota repente moles & in has provincias & forte etiam in S. R. Maj. Borussiam devolveretur. Et interim tamen, ut ad nos refertur, Regi Daniæ Mansfeldius, ex hujus mandato, in Silesia urbes, quas in suam potestatem redegit, ut se sacramento subjectionis obstringerent, curavit. An illas retenturus sit, cum in conspectu suo Episcopatus, pro filiis acquisitos, amittat, docebit dies. Nunquam Reipublicæ parabitur securitas, quamdiu illa neglectæ privatæ utilitates in consiliis & actionibus primum locum tenent. Mansfeldium vero diu consistere posse mihi non fit verisimile, dum destituatur nervo rerum gerendarum, neque ex Gallia aut Anglia promissas pecunias accipiat. Quodsi Bethlemius quoque Princeps non progreditur, cum firma animi sententia de continuando bello, sane ne tutum quidem receptum Mansfeldius habere poterit. Certe Cæsareani ab illo nihil

Digitized by Google

ſibi metuere & hunc pro perdito æſtimare videntur. Rūſticos autem in Auſtria tumultuantes hactenus magno cum ſupercilio contemſerunt, a quibus tamen magnam ſtragem ſemel atque iterum perpeſſi ſunt. Forte Deus per viles homines compeſcere vult inſolentiam hoſtium, cum Principes non faciunt officium, quod maxime debebant, ſi ulla ipſis cura eſſet religionis & libertatis, majorum ſanguine partæ. Nunc Evangelici contra Evangelicos in bello Pontificiis ſocii ſunt, ac ſi cum his conſpiraſſent in communem perniciem ac excidium.

In Anglia vero ab uno ſuperbo homine Rex juvenis veluti captivus tenetur, ut recta momentibus nullus ad ipſum acceſſus ſit, aut ſi forte quid boni inſtillatum fuerit, ab iſto ſubito ei iterum excutitur. Si Hiſpani juratus Miniſter eſſet, non poteſt ei ulteriorem navare operam. Quæ Dnus Spenſius ibi egerit, ipſe procul dubio perſcribet. Pecunias Regi Daniæ ex foedere promiſſas non tantum non ſolverunt, ſed jam etiam hujus tabulas diſputare ac in dubium vocare incipiunt. Inſtructa enim claſſe magnis ſumtibus hacce Hiſpanos ab ipſa Dania divertere & ſic eo ipſo ad promiſſa ſubſidia non amplius obligatos eſſe.

Digitized by Google

Classis tamen ob consumtam inutili mora annonam domum rediisse dicitur. Cæterum cum Rex Carolus tristem de Avunculi clade accepisset nuntium, statim ejus Legato auxilia qua viros, qua pecuniam promisit, quam de plenitudine potestatis Regiæ, uti loquuntur, a subditis suis exacturus esset. Sed hoc quam incertum & lentum negotium est! atque Regis Daniæ necessitas & periculum præsentem opem postulat. Cetera & Dn. Spensium & Rusdorfium nostrum perscribere malo. Ego enim præ indignatione, dolore & metu de futuris commemorare non possum. Ea certe in aula Regis nunc pecuniæ penuria est, ut, quod Dux Parlamenti convocationem impediat, sæpe in quotidianos usus desint necessaria. Rex vero Bohemiæ & Regina jam din nihil ex Anglia receperunt, quorum dura erit conditio, nisi Deus Regem M. Britanniæ ex præsenti servitute, reconciliato illi populo suo, brevi liberet. Quantum vero damni ex illa confusione respublica accipiat, nullis verbis satis exprimi, nullis querelis satis deplorari potest.

Ordines mehercle generales hujus confoederati Belgii ob eam causam in consiliis adeo fluctuant, ut necdum aliquid certi in

Digitized by Google

negotio a S. R. M. Domino noſtro clementiſſimo, mihi demandato ab ipſis extorquere poſſim. Indigne ferunt, tam ſancte ſecum contracta foedera inſuper habita & nulla in parte ad effectum perducta, ad inſtantiam Regis, ſub reſtitutionis fide, ultra decem centena millia pro Mansfeldio expenderunt, naves ſuas bellicas aliquoties Anglicis conjungere debuerunt, quo pacto majores ſe expenſas feciſſe dicunt, quam ex ipſo foedere ab Anglis recipere potuiſſent. Idem dicunt de Gallo, cui ſuppeditata claſſe plus impenderint, quam ab illo viciſſim conſecuti fuerint. Militi autem Anglicorum, qui eſt in caſtris Auriacis, ſe coactos eſſe hactenus ſtipendia ſolvere, cum a Rege ipſorum illa miſſa nunquam fuerint. Nec minor de Hanſeaticis, quas vocant, civitatibus querela, qui ex foedere nihil unquam huic Reipublicæ ſuppeditaverint; itaque illo non ita pridem finito nullam ejus hic rationem amplius habere animadverto. De Bethlemii Principis fide etiam eos dubitare animadverto atque ita parum ſpei in poſterum ſive pro cauſa communi, ſive etiam pro ſuo peculiari emolumento in exteris ponere. Regi Daniæ quid reſponſuri ſint ad literas ejus, nondum indagare poſſum. Putant ſe ejus commo-

Digitized by Google

do facere, quod tempore satis iniquo Princeps Auriacus in castris cum exercitu permaneat, ut ita Hispani ad Rhenum retenti non possint Tyllio suppetias mittere, quamvis audiam, in hanc præcipue finem eos tam pedites quam equites de novo conscribere. Ferunt enim, Tyllium partem suarum copiarum Cæsari & Bavaro in Hungariam transmissurum & contra victores rusticos in Austriam. Sane multus magnusque mihi labor est, ut, ubi licet, fluctuantes animos stabiliam, inculcemque, ut Reipublicæ plus quam privatorum incommodorum rationem habeant.

De nullo quidem exterorum præclarius sentiunt, quam de S. R. M. cujus sane felicitate, si læti successus nuntiantur, exultant, sed cum de subsidio res urgetur, statim ex loco communi impossibilium se excusant, tanta belli mole & sumtuum multitudine adeo se gravari, ut vix propriam salutem tueri possint. Non enim solos se multum præstituros, nisi Rex Angliæ concurrat, imo præeat, sed hoc desperatum omnino esse, ut nunc sit status ejus Regni, & si verissima hæc sunt & a me negari non possunt, non tamen intermitto, quin eos moneam, sæpe ex inopinato mutatas res in melius, contra spem in spem

Digitized by Google

progrediundum, adfuturum Deum fortibus auſis, & ſatius eſſe, tempeſtatem alioquin, niſi in has oras, irruituram præcipue levi conatu & mediocri impenſa alio avertere, quam ea ſemel admiſſa longe majorem rerum omnium jacturam facere & ſi quæ alia hujus generis mihi occurrunt. Sunt, qui vellent extrema tentare, ſed major pars meliorem vincit, & metus ſeditionis popularis præclara ſæpe conſilia impedit, cum plebs variis de cauſis exulcerata aliena ſit reddita ad novas collationes, quod magnum eſt incommodum in hac republica conjunctum cum ſummo periculo.

In Anglia quidem, ut Regem ad rectam viam reducere conetur Rusdorfius, ſerio ipſi a Rege Bohemiæ mandatum, ut negotio S. R. M. ſe cum Dno Spenſio conjungat & ego ad utrumque ſcribere in eandem ſententiam ſoleo. Verum ex ipſorum literis facile animadvertere poſſum, non alio jacto fundamento non expectanda meliora, atque ita divinam duntaxat opem, vel humanam induſtriam tantis malis remedium adferre poſſe. Imploremus igitur miſericordiam Altiſſimi, ne diutius patiatur, ut oppreſſoribus communis libertatis cuncta ex voto ſuccedant, ut fere factum eſt hactenus.

Hæc

Digitized by Google

Hæc dum ſcribo, Vosbergius communicat mihi Amſterdamo ſcriptas literas; quibus nunciatur Dantiſco perlatum S. R. M. inſigni de Polonis victoria petitum eſſe, cæſis horum ad 9. millia & Rege ipſo ac Principe difficulter elapſis. Ego ut toto pectore S R. M. lætos ſemper ſucceſſus e cœlo voveo, ſic cum de prælio aliquid audio, ex imis medullis exhorreſco. Nam vel memoria cladis Pragenſis & nuperæ Danicæ me percellit, & quæ hactenus fere toties quoties læta ſunt ſparſa, mox ſubſecuti fuerint triſtes nuntii. Non dubito, S. R. M. pro ſumma ſua prudentia & rei bellicæ experientia, nunquam ſe equitatui Polonico *plus* juſto numeroſo objecturam, aut longius a ſuis munimentis in planitiem cum periculo deſcenſuram. Id quod ne unquam faceret, Princeps Mauritius glorioſæ memoriæ ſæpe monere ſolebat. Verum cum notus *mihi* ſit S. R. M. heroicus prorſus animi ſublimis ardor, non poſſum non pro Ejus incolumitate ſemper eſſe ſollicitus. Nam in una hac anima quot millia animarum ſuarum ſalutem habent! Itaque quotidie ad Deum ardentiſſimas preces fundo, ut tueatur tantum Principem ac Heroem, ut pupillam oculi ſui, eique continuas ab hoſtibus victorias largiri velit.

Digitized by Google

Quid autem geratur in Boruſſia, ſubinde per literas e S. R. M. caſtris edoceri non bonum tantum, ſed neceſſarium factum fuerit, cum indies a malevolis ſtudioſe ſpargantur adverſæ, quibus ſalutaria ac fortia conſilia perturbent. Sed ad alia.

Pene oblitus fueram, Regem Angliæ velle, ut milites Angli, qui in Auriaci Principis caſtro ſunt, ad Regem Daniæ proficiſcantur, pollicitusque eſt Roſencranzio, Legato Danico, ſe alia 4000. illis adjuncturum eſſe. Verum ſi non ſimul cum illis mittit aliquot menſium ſtipendia, ſed apud Avunculum non minus, quam apud Dominos Ordines, antiquum obtinet, nihil levaminis, ſed plus oneris ex iſtis ſuppetiis Rex Daniæ conſecuturus eſſet. Legatus Anglicus extraordinarius D. Carletonius, qui apud Regem Galliæ dimiſſionem familiæ, quæ cum Regina fuerat, excuſare debuit, in ardentem febrim continuam cum diſſenteria conjunctam incidit, ita ut Regem nondum videre aut alloqui poterit. Interim Paſſenpetra (Baſſompierre) Legatus nunc in Angliam veniſſe dicitur, qui procul dubio graviſſimas querelas adferet. Nemo credit, Ducem bene velle Regi ſuo, cum pene omnium Regum odia in ejus caput cumulat.

Digitized by Google

Sed hæc ex Anglia ad vos perferentur rectius. Itaque hanc tantam epiſtolam finio & Te, Vir Illuſtr. & Generoſe, de cujus benevolentia cuncta mihi polliceor, quam optime valere cupio. Ex loco conſueto 6. (16.) Octobr. An. 1626.

LIV.

Eigenhändiges Schreiben des Reichs-Canzlers an G. R. Camerarius, vom 4. (14.) Dec. 1626.

Aus dem Original.

Magnifice & Nobilis Domine.

A diſceſſu S. R. Maj. (quam ſolventem e portu Pillavienſi 30. die Octobris lætus audio Stockholmiam adpuliſſe 15. Nov.) vix quicquam alicujus momenti aut ſcriptu dignum apud nos geſtum eſt. Miles capiendæ quietis cauſa in hyberna reductus hucusque a militaribus laboribus ſe continuit. Hoſtis in caſtris ad Derſchaviam remanſit, recedentibus in Poloniam copiis voluntariis, qui Regem ſunt comitati. Rex Poloniæ 26. Oct. cum filio Uladislao ingreſſus eſt Dantiſcum, ut civium animos firmaret, donato, ut referunt, civitati agro Pudſchenſi & oppidulo.

Digitized by Google

Dumque ibi hæreret, audito naves noſtras bellicas in Sueciam conceſſiſſe, pauculas ſuas emiſit, quæ ſimulantes ſe noſtras eſſe triremem una forte iſtic navigantem & navigiolum civis Stockholmenſis onuſtam butyro & ferro, ut & navem Roſtochianam cum 30. militibus a Dno Teufelio huc miſſis intercepere; damnum certe non magnum, niſi quod fama ſit, literas quasdam hac navi vectas ſimul interceptas & ad Regem Poloniæ perlatas eſſe; idque ſi verum ſit, vereor, ne quis abs te faſciculus fuerit, de quo tuum erit inquirere, an quis cum illa navi miſſus ſit.

Dantiſco Rex recta ivit Thorunium ad Comitia, quæ feruntur breviora ac tantum 14. dierum fuiſſe, ut jam diſceſſerit iis finitis Warſaviam. Diverſa quidem fama eſt eorum, quæ in Comitiis ſtatuta ſunt; quidam enim volunt, cuncta ex Regis intentione acta & ſex Pohores (uti vocant) adverſum nos ſcitos eſſe & binos pro defenſione Reipublicæ adverſus Tartaros. Nec deſunt, qui pro certo adfirmant, nihil actum eſſe in hiſce Comitiis, & re infecta diſceſſum, cunctaque in novum conventum Warſaviæ celebrandum conjecta eſſe. Hæc ſcribo partim ex vulgari

Digitized by Google

rumore, partim ex relatu hominum fide dignorum. Scivero autem brevi & data occaſione non negligam te eorum certum reddere. Nos hactenus fluvius Viſtula ſeparavit ab hoſte, nunc glacie concretus tranſitum ubique præbebit ac niſi tempeſtatis flatu hanc commoditatem utrinque eripuerit, velitationibus exercitiisque militaribus anſam præbebit. Hoſtis præteritis diebus miſſis aliquot vexillis ſuorum circiter 24. in Epiſcopatum Warmienſem minatus erat, ſe obſeſſurum oppidulum Wermilum, quod noſtro præſidio 150. militum tenebatur. Præſidiarii vero veriti civium pontificiorum perfidiam, urbem dederunt hoſti. Ego vero, ne id exemplo ceteris ejusdem pavoris eſſet, ſumere ſupplicium de præfecto oppidi & capitaneo præſidiariorum juſſi, remotis a muneribus militaribus ceteris minoris conditionis officialibus.

De Electore Brandenburgico & Ducali Boruſſiæ ſcribamne an taceam? Rex meus præterita æſtate obtulit cunctis Ordinibus Boruſſiæ & firmavit puncta neutralitatis cum civitatibus Regiomontanis. Utrumque diſplicuit Electori, ſerione an diſſimulate, non facile dixero. Etiam miſſo Conſiliario ſuo Kne-

Digitized by Google

ſebecio præterita æſtate multis argumentis urſit reſtitutionem portus Pillavienſis & ne Rex meus neutralitatis pactis perficiundis cum Ordinibus Boruſſiæ inſiſteret. Reſponſum fuit: portum neceſſario occupatum, nec rebus ſic ſtantibus reſtitui poſſe: pacta Boruſſis oblata, ut ditiones Electoris ab hoſtili invaſione immunes eſſent. Idem Kneſebecius poſt diſceſſum S. R. Maj. iterum rediit, & apud me eadem mandata depoſuit, cui & eadem reſpondi, portum nullo modo nunc reſtitui poſſe, neque pacta neutralitatis urgeri, niſi ad Electoris commodum. Ita hic 14. hinc diebus a me domum remiſſus eſt. Elector hoc agere videtur in ſpeciem, ut habeat, quo ſe excuſet. Nam ille Kneſebecius non diſſimulavit, ſe ſcire, portum non poſſe reſtitui. Vitio Electori datus a Polonis, quod portum Pillavienſem non cuſtodierit adverſus ingreſſum S. R. Maj. ſibi autem minime vitio vertunt, quod nec Livoniæ nec Boruſſiæ proſpexerint, cum Elector defenſionem portus tentavit collocatis ibi quatuor navibus, ipſis interim cuncta negligentibus. Nunc indictus conventus Ordinum Ducalis Boruſſiæ eſt Regiomonti, eumque celebrari ante comitia Poloni voluerunt, verum dilatus eſt ob

Digitized by Google

Electoris absentiam. Non parum commovit Polonum. Ferunt hisce diebus ejus initium factum, sed iterum dilatum ad adventum Electoris, quod Ordines se certi quid resolvere posse absente Domino negarint. Cudunt Poloni consilia & habent nonnullos Borussos sibi adsentientes, quomodo Electorem possint Ducatu suo exuere. Utinam vero bono Electori sat animi esset, neque consilia ejus corrumperentur ambitu Comitis Schwarzenbergii, res sine periculo esset. Hæc scribere volui, ne penitus ignarus sis eorum, quæ hic aguntur, teque rogo, ut quoties datur occasio, separatim ad me huc & ad Suam Regiam Majestatem in Suetiam scribas. Vale. Dabantur Elbingæ die 4. (14.) Decemb. An. 1626.

Amplit. tuæ amicissimus

Axelius Oxenstierna mppr.

Digitized by Google

LV.

Schreiben König Guſtav Adolphs an ſeinen Rath und Reſidenten im Haag L. Camerarius, vom 4. (14.) April 1627.

Aus dem Original.

Guſtavus Adolphus Dei gratia Suecorum, Gothorum Wandalorumque Rex &c.

Gratiam noſtram & favorem ſingularem, Nobilis & Conſulte, Nobis ſincere fidelis. Intelligimus, te ob interceptas ab hoſte Polono tuas ad Cancellarium literas in aliquo metu verſari, quaſi exinde invidiam & periculum tibi conciliaveris, in aliquod tandem infortunium tui eruptura. Memineris autem tanta te jam antea apud publicæ libertatis oſores invidia laborare, ut nihil magis quam exitium tui minentur; nullo etiam alio accedente odio novo: nec tamen propterea vel Nobis rationes deeſſe, quibus extorrem excipiamus, vel te eo infeliciorem. Dominos vero Ordines exterosque Principes, de quorum ſtatu judicia intermiſces, confidimus, non alia diſcretione fidem ac diligentiam Miniſtri ac Conſiliarii Noſtri interpretaturos, quam & ipſi & omnes alii Reges & Respublicæ ſuorum Reſi-

Digitized by Google

dentium & Nunciorum relationes non modo accipere, ſed & requirere ac deſiderare ſolent, ut propterea parum cauſæ ſit, cur aliquod infortunii periculum exinde reformides. Tu tantum in ſolita fide ac diligentia perſeveres, certo perſuaſus, ejusmodi invidiam & tuæ virtutis indicium & malevolorum poenam eſſe. Quodſi vero quid periculi, Noſtræ dignitatis & commodi cauſa, te ſuſtinere contigerit, certus eſto, id Nos viciſſim non ſolum tutela ac defenſione noſtra a te averſuros, ſed & omni favore Regio erga te tuosque recompenſaturos. Atque hiſce te Deo commendamus. Datum Stockholmiæ die 4. (14.) April An. 1627.

Guſtavus Adolphus.

LVI.

Schreiben König Guſtav Adolphs an die General-Staaten der vereinigten Niederlande, vom 3. May 1627.

Aus dem Original.

Guſtavus Adolphus &c.

Illuſtres & potentes, boni amici & confoederati. Relatum ad Nos eſt, interceptas a Gedanenſibus præterito autumno Reſidentis

Digitized by Google

apud Vos Noſtri literas: easque in Polonia in auctoris odium hoſtiliter expoſitas, paſſim ſpargi atque ita a malevolis interpretari, quaſi a bono illo viro in alicujus læſionem aut præjudicium ſtudio conceptæ eſſent: idque non citra auctoris periculum & a quibusdam intentandæ actionis minas. Cum vero Vos optime ſciatis, id omnibus eſſe Principibus & Rebuspublicis familiare, ut Reſidentes ſuos hinc inde habeant, quorum inter cetera id proprium eſt munus, ut principales ſuos de vero rerum ſtatu informent: nec Nos propterea Miniſtrum hunc Noſtrum magis periclitari debere putemus, quam omnium aliorum apud Nos aliosve Reſidentes Statuum Legatos: præſertim vero cum nemini rectius, quam Vobis ipſis, exploratum ſit, quam is & religioni & libertati veſtræ optime cupiat, ut ſectius de ipſo, quam homine ſtatus veſtri amantiſſimo, ſuſpicandi plane nulla ſit cauſa: idcirco a Vobis amice requirimus, ut ejusmodi hoſtium criminationibus nullum locum tribuatis, quin potius, ſi quid ex conſueto in rem communem zelo, vel de publicæ libertatis periculo, vel de frigidiori quorundam erga rei communis reſtitutionem affectu, paulo apertius (privatim tantum & ſecreto) ſcripſe-

Digitized by Google

rit: id magis juſto ipſius dolori, quem ex tot annorum infortuniis adhuc reliquum tantum habet, condonandum, quam ex ſiniſtra aliqua intentione profectum cenſeatis: eumque non minus in poſterum, quam hucusque ſolita benevolentia veſtra complexum adverſus omnes inimicorum inſidias tutum ſalvumque præſtatis. Sicut id Nobis de candore veſtro certo pollicemur, ita Nos viciſſim parati erimus ad ea omnia veſtri cauſa præſtandum, quæ Vobis grata & accepta eſſe intelligamus. Atque hiſce Vos divini Numinis protectioni amice commendamus. Datum e claſſe noſtra ad Elffsnabben die 3. Maji. An. 1627.

Guſtavus Adolphus.

De manu Camerarii in dorſo: Has literas non reddidi, quia opus non fuit, exempla tamen earum cum amicis in Collegio Dominorum Ordinum communicavi.

Digitized by Google

LVII.

Schreiben König Guſtav Adolphs an ſeinen Reſidenten im Haag Camerarius, vom 4. May 1627.

Aus dem Original.

Guſtavus Adolphus &c.

Gratiam Noſtram ſingularem, Spectabilis & Conſulte, Nobis ſincere fidelis. Infortunii illius & periculi metum, quem a tuis ab hoſtibus interceptas toties & tantopere apud Nos ingeminas, nulla cauſa fundari putamus. Quicquid enim feciſti mandati muneris citra ullius læſionem aut præjudicium, tanquam fidus & diligens Miniſter feciſti. Neque enim alia intentione vel ipſorum Dominorum Ordinum vel aliorum Principum Legati mitti conſuevere, quam ut, inter cetera, etiam de ſtatu rerum principales ſuos informent. Quod vero paulo apertius alicubi judicium tuum juſtus tibi dolor & in rem communem zelus expreſſit, in eo expleſti ſinceri relatoris officium, qui ſcapham non niſi ſcapham vocaſti. Si quis autem exinde ſe læſum queratur, cogitare is certe debebit, ſi aliter ipſe feciſſet, te aliter quoque dixiſſe. Conſtanti igitur animo ejusmodi metum pellas, ne exiſtimes, vel Dnos

Digitized by Google

Ordines, vel alios Principes id in te culpæ daturos, quod ipsimet suis Ministris & injungere & laudi tribuere solent. Quodsi tamen quispiam periculum aliquod propterea tibi intentaret, quod quidem neminem candidum rerum æstimatorem facturum aut permissurum confidimus, tu protectione & tutela nostra securus esto. Neque enim committemus, ut fides ac diligentia Ministrorum nostrorum ipsis in periculum aut infortunium cedat. Scripsimus eo nomine jam ad Illustr. Dnos Ordines, uti ex adjuncto literarum transsumpto videre potes: quas ipsis literas offerre potes, si ita vel opus vel necessum esse videatur. Tu interim consueto more diligentia ac fide in officio tuo pergas, certus gratiam nostram & favorem Regium tibi non defutura. Atque hisce Te Deo commendamus. Datum e classe nostra ad Elfsnabben die 4. Maji. An. 1627.

Gustavus Adolphus mppr.

Digitized by Google

LVIII.

Schreiben des Reſidenten Camerarius an K. Guſtaph Adolph, vom 25. May 1627.

Aus einer Abſchrift.

Sereniſſime ac Potentiſſime Rex &c.

Oracula mehercle & heroicæ divinæque mentis dicta ſunt, quibus ex adverſo caſu conſternatum Sacra Regia Majeſtas Tua me clementer adeo & benigne erigit. Non enim tantum bono animo me eſſe & in ſolita fide ac diligentia perſeverare jubet, verum etiam tutelam ac defenſionem ſuam magnanimiter mihi ultro pollicetur. Hoc nimirum vere Regium eſt, fortunæ ludibriis non moveri & virtutis ſtudia officiique obſervantiam in fideli Miniſtro majoris æſtimare, quam aliorum invidiam aut obtrectationem ex infelicitate fatali maligne arreptam. Igitur in munere a Regia Majeſtate Tua mihi demandato, favente divino auxilio, alacriter & ſumma contentione animi pergam, ut & bonæ conſcientiæ lætitia in adverſitatibus fruar, & in S. R. Maj. Tuæ erga me clementiſſimo affectu etiam inter medios hoſtes exſultem. Deum O. M. ardentiſſimis ſine intermiſſione precibus invocabo, ut

Digitized by Google

Regiam Maj. Tuam orbi chriſtiano & laboranti Reipublicæ quam diutiſſime incolumem conſervet & continuas de hoſtibus Ei largiatur victorias. Cetera ad Cl. Virum D. Salvium perſcribo, nec longiori ſermone graviſſimas curas Regiæ Majeſtatis Tuæ morari debeo. Hagæ Batavorum 25. Maji (4. Junii) An. 1627.

LIX.

Eigenhändiges Schreiben des Reichs-Canzlers an Geh. R. Camerarius, vom 14. April 1628.

Aus dem Original.

Magnifice Domine.

Declaratum multis modis in hoc noſtro cum Polonis tractatu pacis ſtudium, induſtria & agendi dexteritas Magnifici Viri, Domini Simeonis Beaumontii: accedente ejusdem ſummo affectu tum in rem communem, tum erga S. R. Maj. Dominum meum clementiſſimum, commovit hunc, ut dictum Dominum Beaumontium ſervitiis ſuis obſtrictum & arctius illigatum cuperet. Nec id obtinere difficile fuit apud hominem ſua ſponte motum & inclinatum. Cum igitur ſe dederit & addixerit

Digitized by Google

S. R. Maj. ſervitiis, habes amicum, cum quo tuto negotia S. R. Maj. communicare, atque cujus opera & conſilio uti poſſis. Ego nullus dubito, quin ſit in iis, quæ concernunt S. R. Maj. negotia, fidam operam tibi adjuncturus & privatim, quæ ex uſu noſtro ſunt, boni amici officium non neglecturus; ſicuti enim ejus hic graviſſima indicia dedit, ita & privatum erga te affectum teſtari oblata occaſione non deſtitit. Mihi vero hæc paucis notare placuit, ut quisque veſtrum pro ſui muneris affectusque ratione eo conjunctius ardentiusque ſalutem & negotia S. R. Maj. Regnique Sueciæ peragatis, ac ſimul pro noſtra amicitia & familiaritate teſtari, quanti Dominum Beaumontium faciam. Vale, Vir amiciſſime & me, qualis fuerim, perpetuo futurum puta. Dabam die 14. April. An. 1628.

Amplit. tuæ ſtudioſiſſimus

Axelius Oxenſtierna mppr.

LX.

Digitized by Google

LX.

Eigenhändiges Schreiben des Reichs-Canzlers an Camerarius, vom 25. Julius 1628.

Aus dem Original.

Magnifice Domine.

It hinc in Belgium Vice tribunus Hohendorf, quem dimittere ſine literis meis ad te nefas putavi. Intelligo te teneri deſiderio literarum mearum, nec ſum neſcius, negligentiorem me eſſe, quam conveniat muneri meo, aut ſtudio tuo, ſed quæ eſt tua prudentia & amor mei, ita mihi perſuadeo, non modo juſtas cauſas, verum qualescunque etiam defectus atque inde deſumtos prætextus admiſſum iri. Numerum literarum tuarum (quas ſatis frequentes hac hyeme & æſtate abs te habui & plerasque recte redditas eſſe puto) juſſi amanuenſem meum quam primum conſignari atque ad te mittere, ubi, quas in urbe & caſtris acceperim, conjunxerit. De rerum ſtatu apud nos hæc pauca accipe.

Menſes verni atque hic æſtivus transacti ſunt maxima ſui parte in otio, quod hoſtis noſter ſe continuerit ad moenia Maenſia, nec

Digitized by Google

vel ullo loco ſui copiam fecerit. Rex meus factis hinc illinc excurſionibus, verſus Dantiſcum, aliquando caſtra Polonica verſus, aliquando ad latera conatus eſt hoſtem elicere, ſed hic præter morem Polonicum manſit in caſtris, nec velitandi nedum decertandi poteſtatem ullam dedit. Fertur in mandatis habere, ut evitet aleam belli, alii cauſas alias adferunt. Hactenus duraverunt Comitia Poloniæ, ubi actum de pacis tractatu nobiſcum, aut bello continuando. De bello multus ſermo, de pace altum ſilentium. Nam Imperator forte hanc diſſuadere, onerato Polono magnis promiſſis. Cæterum auxilia Cæſarea Poloni recuſarunt, decretumque eſt, Rempublicam viribus propriis tueri & Electorem Brandenburgicum, ut & ſua ſocier & conjungat, impellere. Quid futurum ſit, dies nos docebit.

Navigatio Dantiſcana nec indulgetur omnibus, nec omnino eſt prohibita. Etiam concedi promiſcue non poteſt ob periculum, quod rebus noſtris inde imminet; indulgetur tamen quibusdam certis conditionibus, ut amicorum deſideriis ſatisfieri & ut merces quædam in uſum amicorum inde exportari poſſint. Conditiones vero hæ ſunt: 1. Ut Pilla-

Digitized by Google

vienſem portum primo ingrediantur atque inde cum venia ſe Dantiſcum conferant, 2. ut ad litora maris exponerentur & onerentur, nec Viſtulam ingrediantur; 3. ut vectigal pendant, 4. ne nautas aut alia neceſſaria navibus Polonicis ſubminiſtrentur.

Cum Electore Brandenburgico hactenus ſervata ſunt pacta induciarum, licet nobiscum ex fide non ſemper agatur. Stralſundium S. R. Maj. rogata primum miſit 600. ſclopetarios, qui in tridui oppugnatione graviſſima Wallenſteiniana urbis quidem obſeſſæ maxima ſervitia præſtitere, ſed læſo Tribuno & capto Vicetribuno, cæſis etiam Capitaneis duobus atque nonnullis gregariis militibus aliquid detrimenti accepere; ſubmiſſi nova ſunt ſubſidia unius Regimenti cum Comite Nicolao de Wiſingsburg atque Reslio. Habet quoque in urbe Rex Daniæ mediocrem manum militum atque fertur, nunc ipſe eo iviſſe. Wallenſtenius videns, obſidionem protractum iri & ſpe ſua difficiliorem eſſe, convertit ſe ad fictas Jeſuitarum artes vulpinas, ſimulans ſe non hoſtem, ſed amicum, ſi ejecerint aut dimiſerint Sundenſes militem peregrinum, manſerint in fide & obſequio Imperatoris

Digitized by Google

atque ſuum militem Imperatori, Electori Brandenburgico & Duci Pomeraniæ jurare fecerint, denique reſtantia 50000. Imperialium ſolverint, ſe illico exercitum ab urbe deducturum & munimenta omnia & aggeres demoliturum. Hæc quorſum tendant, nemo ſanus non videt. Sundenſes quidem vacillant, ac inprimis Senatus, ſed cum plurium interſit, illos non decipi, forſan non indulgebitur ipſis, ut liceat cum detrimento reliquorum paciſci.

Die 22. Julii appulit minimus natu filius Regis Daniæ, miſſus, ut aliquandiu apud Regem meum maneret, ei ſe junxerunt Comes Turnenſis & Comes Solmenſis. Ego, etſi cum his ſum collocutus, tamen nunc quæ ſit potiſſimum cauſa adventus ipſorum, non poſſum perſcribere, ſed id meliori occaſioni relinquo. Vale, Vir amiciſſime, & me amore tuo perſequere. Dabantur Elbingæ die 25. Julii An. 1628.

Magnif. tuæ amiciſſimus

Axelius Oxenſtierna mppr.

Digitized by Google

LXI.

Inſtruction des Kön. Schwediſchen Geſandtens im Haag, L. Camerarius, über ſeine mit dem K. Franzöſiſchen Geſandten zu pflegende Handlung, vom 10. Dec. 1629.

Aus einer Canzley-Handſchrift.

Tenor Mandatorum, quæ S. R. Majeſtas Sueciæ clementer vult, ut Conſiliarius & Legatus Ejus apud Dnos Ordines Generales foederati Belgii, Dnus Ludovicus Camerarius obſervare debeat, in congreſſu cum Deputato Regis Chriſtianiſſimi. Datum Upſaliæ die 18. Decembris 1629.

I. Sacra Regia Majeſtas Sueciæ clementer vult, ut Dno Ludovico Camerario inprimis conſtet, Regis Chriſtianiſſimi Legatum, Baronem de Charnacé, qui ad inducias Sueco-Polonicas ſtabiliendum hoc anno in Septentrionem miſſus fuerat, poſt cetera mandata peracta etiam id S. R. Maj. Sueciæ propoſuiſſe, Regem ſuum non eſſe alienum a foedere ſive offenſivo, ſive defenſivo cum S. R. Maj. feriendo, in oppreſſorum Germaniæ Ordinum reſtitutionem. Sed cum ob ignotas horum

Digitized by Google

locorum conſtitutiones non potuerit ipſe media proponere, quibus ea hæc reſtitutio ſive conjunctio fieri debeat, S. R. Maj. per Legatum rogaſſe, ut Ipſa conditiones proponeret, & ſimul cum iis, plenaque agendi ac ſtatuendi facultate aliquem in Galliam expediret, aſſecurando Eam, quod Rex Chriſtianiſſimus libentiſſime eas intelligeret.

II. Etſi igitur S. R. Maj. huic tempori nihil convenientius duxit, quam ut ejusmodi animorum viriumque conjunctio inſtituatur, tam pro mutua utriusque Regni Sueciæ ac Franciæ ſecuritate, quam pro oppreſſorum amicorum reſtitutione, nihilque obſtaculi habuit, quo minus ſtatim aliquem in Galliam expediret, ſi ſaltem Dnus Legatus eam paulo plenius aſſecurare potuiſſet, dictas conditiones a ſuo Rege acceptum iri: tamen cum Legatus id pro præſenti præſtare nequiverit, ne tamen opus tam ſalutare plane omitteretur, S. R. Maj. interim tam reſtitutionis quam foederis conditiones formari juſſit; easque cum Dno de Charnacé in Galliam expedivit, hoc adjuncto, ut ſi Chriſtianiſſimo Regi placeret, poſt eas perlectas, aliquem e ſuis cum agendi concludendique poteſtate Hagam Comitis deputare, quoque ſuo ibidem ordinarie reſidenti

Digitized by Google

Legato mandata & plenipotentiam daturam, ut ita ſecreto ac ſine ulteriori vel miſſu vel ſtrepitu dictum foedus ibidem concluderetur.

III. Quodſi itaque Rex Galliæ aliquem Hagam miſerit, qui Dno Camerario ſe promtum paratumque exhibeat, & ſervatis in tali actu neceſſario ac pro dignitate ſui Domini ſervandis, in communicationem de conditionibus deſcendat, ac tandem foedus ipſum vel defenſivum vel offenſivum cum eo ſub ratificatione ac beneplacito S. R. Maj. concludat, ad modum fere ſequentem.

IV. Inprimis videat, ut, quemadmodum ipſe per plenipotentiam ſuam ſufficienter inſtructus & legitimatus eſt ex parte ſua, ita alter etiam Galliarum Regis Legatus procuratione ſufficienti perſonam ſuam legitimet, quicquid illic ſtatutum fuerit, a ſuo Domino ratihabiturum & in effectum deductum iri.

V. Deinde ipſum finem & ſcopum futuri foederis recte ponat, quousque nempe dictum foedus extendatur, & cui tanquam fundamento mutua Regum conjunctio inniterur, hunc quidem ſcopum S. R. Maj. ſequentibus pactis includendum putavit.

Digitized by Google

Finis & ſcopus ineundi foederis inter Reges Sueciæ & Franciæ.

1. Reſtituantur Ordines Germaniæ in priſtinum jus ac libertatem, & Principes ſuis bonis dejecti, ut Rex Bohemiæ ad Palatinatum, Pomeraniæ, Megapoloos & Holſatiæ Duces, Marchio Badenſis, Comites Oldenburgenſes, Oſtfriſiæ atque alii, tum Civitates Imperiales atque alia, tam ad mare Balthicum & Oceanum, quam in ſuperiori Germania, reſtituantur in eundem ſtatum, in quo ante hoc Germanicum bellum fuerunt.

2. Abducat Imperator Romanus omnem militem ſuum ex Imperio Romano, nec præter morem Majorum vel premat Ordines, vel vicinis gravis ſit, nec ulla in Germania Imperatoris præſidia relinquantur.

3. Omnia munimenta occaſione hujus belli ad mare Balthicum, Oceanum, aut in Rhætia conſtructa, utrinque diruantur.

4. Sint omnes portus Germaniæ, ut ante hoc bellum fuerunt, liberi, nec ullæ in iis naves bellicæ extruantur, aut claſſis paretur, ſed extructæ & comparatæ hactenus dimittantur.

Digitized by Google

5. Si quid contra Imperatorem vel Imperium Romanum a quoquam ſubditorum delictum eſt, mulcta pecuniaria emendetur, ex Electorum & ceterorum Imperii Statuum cenſura.

6. Præſidia Suecica e civitate Stralſundenſi educantur & civitati, in priorem ſtatum reſtituræ, damna & expenſæ, occaſione obſidionis factæ, reſtituantur.

7. Non ſit Regi Sueciæ fraudi & præjudicio, nunc aut in futurum, quod dictam civitatem ſuis auxiliis juverit.

8. Imperator Regi Poloniæ contra Regem Sueciæ amplius non aſſiſtat.

9. Captivi omnes utrinque ſine lytro dimittantur.

10. Amneſtia perpetua ſit omnium injuriarum & ſimultatum, & in poſterum ſincera pax & amicitia inter foederatos, Imperatorem & Status omnes Imperii colatur.

11. Reges Magnæ Britanniæ, Daniæ, Princeps Transſylvaniæ, & Ordines generales unitarum Provinciarum Belgicarum, ſi voluerint, in hac pace comprehendantur.

12. Nemo foederatorum vel agat cum hoſte, vel quicquam ſtatuat, niſi ex communi

Digitized by Google

conſenſu; nec quisquam ab armis recedat, niſi dictis conditionibus obtentis.

13. Iſthæc transactio confirmetur omnium & ſingulorum, quorum principaliter intereſt, manu & ſigillo.

† †

VI. Has conditiones S. R. Maj. tam æquas ducit, etiam ex parte communium inimicorum, ut, quemadmodum in nullum eorum præjudicium cedunt, ita ſine illis nulla unquam ſecuritas, vel pro ſtatu Regni Sueciæ vel Galliæ ſperari poſſit, id quod Dnus Camerarius ratione per ſingulas facile demonſtrare poterit, nec in eo eſt, ut vel is pluribus informetur, vel Deputatus Gallicus quidquam in contrarium habere poſſe videatur, id tantum ad primum articulum notet, voluiſſe quidem S. R. Maj., ut Rex Bohemiæ etiam ſtatim integre reſtitueretur, ſed cum Legatus Gallicus aſſereret, ſuo Regi conſultius videri, ut pro principio reſtitutio poſtularetur tantum ad Palatinatum, non vero adhuc ad Electoratum, poterit in eo quoque Dnus Camerarius acquieſcere. Sed ſi Legatus Gallicus his conditionibus plures adjicere vellet, ad Galliæ cum Germania vicinitatis intereſſe propius accommodatas,

Digitized by Google

neque id recuſabit Dn. Camerarius, modo nullum S. R. Maj. præjudicium importent.

VII. Cæterum cum in has conditiones, ut totius negotii ſcopum & fundamentum, inter eos utrinque conventum eſt, ad ceteras quoque gradum facient, quæ ſunt veluti media quædam & inſtrumenta, pro eodem ſcopo obtinendo & conſervando, quibus Sereniſſimi Reges utrinque illigari debent; nec ab iis recedere, niſi hoc ſcopo obtento & toto negotio confecto. Eas vero ſciat Dn. Camerarius, S. R. Maj. in his potiſſimum collocare:

1. Ut ſit foedus inter Seren. Reges Suecorum & Francorum, pro defenſione ſuorum reſpective regnorum, terrarum, ſubditorum, eorumque jurium, ſecuritate item utriusque maris Balthici & Oceani; libertate commerciorum, ac reſtitutione vicinorum Principum, Comitum, Civitatum, & portuum ad utrumque mare ſitorum in priſtinum ſuum ſtatum.

2. Modus reſtitutionis & conditiones pacis, jam ſupra a S. R. Maj. pro fundamento hujus foederis ſignatæ ſunt & plures addi poſſunt pro re utriusque Regis ex beneplacito Deputati Gallici.

3. Et quoniam adverſæ partis animus in hunc usque diem ab omni ejusmodi reſtitu-

Digitized by Google

tione alienus fuerat, factasque hactenus interceſſiones ignomioſe rejecerat, idcirco communium amicorum ſalus, mutuaque Regum & Regnorum Sueciæ Franciæque ſecuritas, a Regibus Sueciæ & Galliæ armata manu vindicantor.

4. In eum finem Rex Sueciæ juſtum & pro tanta belli mole ſufficientem exercitum ſuo ſumtu conſcribito.

5. Claſſem Regiam in mari Balthico paratum teneto.

6. Rex Galliæ certam pecuniæ ſummam ad ſuſtentationem belli ex conventione partium contribuito.

7. Naves item bellicas rite inſtructas ſuis ſumtibus in Oceano, pro defenſione communis ibi cauſæ, expedito, Regique Sueciæ ſubmittito.

8. Rex Sueciæ directorium foederis per Germaniam & in utroque mari exequendi in ſe ſuſcipito.

9. Cuncta tamen conſilio foederatorum gerito, hique tales viros S. R. Maj. adjungunto, cum quibus conſultare & quod e re fuerit, ſtatuere poſſit; quibus etiam foederati ſtare tenentor.

Digitized by Google

10. Conſcriptio militum & nautarum, exportatio navium & rerum bellicarum cuilibet foederatorum in alterius territorio libera ſunto, hoſtibus vero denegantor.

11. Delinquentes in diſciplinam militarem & fugitivi Domino ſuo, pro adminiſtrando in eos juſtitia, redduntor.

12. Ad hoc foedus Rex Magna Britanniæ & Daniæ, Princeps Transſylvanus & Ordines Generales foederati Belgii, Principes item, Status & Civitates Germaniæ, qui volent, admittentor: eoque cum iis ſpeciali conventione transigitor. Directio tamen penes Regem Sueciæ ſemper maneto.

13. Quodſi per Dei gratiam occaſio tractandi ſe obtulerit, ex communi foederatorum conſilio tracterur, nec ullus foederatorum ſine altero quid ſtatuito, pacemve inito.

14. Foedus hoc tamdiu ſtato & durato, donec ſupradictus ſcopus ſit obtentus, nec ullo confoederatorum ab eo diſcedere integrum eſto.

† †

VIII. Hæ quoque conditiones nihil iniqui continent, eoque ſine ullo præjudicio in unum cum ſuperioribus inſtrumentum, includi

Digitized by Google

publicique juris fieri poterunt. Prima enim legitimum finem hujus foederis continet; qui eſt 1. defenſio utriusque regni Sueciæ ac Franciæ, 2. ſecuritas dictorum marium & commerciorum, 3. reſtitutio injuſte oppreſſorum Principum, 4. & tandem juſta, honeſta, ſecura pax & tranquillitas publica.

IX. Sequentes duplicia tantum eaque legitima, media, duplicemque viam proponunt, qua ad hunc finem perveniatur, primam per interceſſionem & pacificum tractatum, quæ fruſtra hactenus tractata eſt, alteram, cum priori locus non erit, per diſceptationem armorum.

X. Et quemadmodum nulla ſecura pax haberi poteſt, ſine conditionibus primo loco poſitis: ita, ſi ad arma veniendum eſt, monſtrabit Dnus Camerarius, neceſſario has alteras præſtari debere. Sed quia eæ ſunt ſecretiores vel ſaltem, quod ſequitur, earum elucidatio, poterit illa peculiari deinceps inſtrumento formari.

XI. Et quia nullum eſt dubium, quin, quomodo Galliæ Regnum continua terra Imperio Romano annectitur, ita facillime omnium exinde infeſtari & continuis aſſultibus frangi, maximisque damnis & periculis affici poſſit:

Digitized by Google

idcirco ſi Seren. Galliarum Regi placuerit, ut S. R. Maj. Sueciæ id in ſe ſuſcipiat, quod quarto, quinto & octavo articulis continetur, tantique periculi ac belli onus quam longiſſime ab eo divertat, & firmo cum fundamento profunde Germaniam penetret, neceſſarium eſſe monſtrabit Dn. Camerarius, ut Rex Galliarum, quod ſexto, ſeptimo & infra ſecuturis articulis continetur, reciproce præſtet, inprimis ut S. R. Maj. conatus inſigni aliqua pecuniæ vi ſubleventur.

XII. Etſi enim ea ſint S. R. Maj. vires, ut non dubitet, quin, per Dei gratiam, ſine aliorum ope, proprium ſtatum hic ad mare Balthicum ſat ſufficienter tueri poterit: tamen id diffiteri nequit, Regnum Sueciæ propriorum bellorum diuturnitate non parum pecunia exhauſtum eſſe, ut ſolius ſuis impenſis tantum bellum ſuſtinere vix poſſit, quantum etiam pro ſupradicta Galliarum Regis intentione deſideratur.

XIII. Accedit, quod S. R. Maj. adhuc quatuor millia equitis Germani ſub ſignis retineat, & retinere decrevit ad hujus negotii eventum, qui equitatus, quemadmodum adjuncto ſibi pedite ſufficienti multa & præclara ſervitia præſtare poteſt, in Germania, ſi

Digitized by Google

debita ipſi ſtipendia juſto tempore exſolvantur: ita e contrario non poteſt non magnum detrimentum adferre, vel rationibus S. R. Maj., ſi pro futuro vere ex proprio ei omnia ſua debita exſolvat, vel toti rei communi, ſi non obtento ſtipendio aut refractarius fiat, aut ad hoſtem digrediatur.

XIV. Ex priori igitur fundamento Deputatum Gallicum inducet, ut peculiari inſtrumento Herum ſuum obſtringat ad contribuendum S. R. Maj. quotannis, quamdiu hoc bellum durarit, ſex centena millia coronatorum. Sed ſi hucusque eum inducere nequiverit, S. R. Maj. conſentit, ut gradatim aliquid remittat, donec ad annua quadragenta millia thalerorum Imperialium pervenirit, infra quam ſummam non deſcendet.

XV. Ex poſteriori autem fundamento id obtinere conabitur, quo S. R. Maj dictum equitem contentum educere poſſit, ut pro primo anno ad minimum ſex centena millium Imperialium thalerorum exponet, eaque jam ſtatim durante hyeme Amſtelodami anticipet.

XVI. Cetera vero annua quadragenta millia Imperialium (vel ſi quid amplius obtinere poterit, in quo prudenter elaborabit) numera-

Digitized by Google

numerabuntur vel Amſtelodami vel Rothomagi in Gallia, ſingulis annis, ad poſtremum menſe Januarii vel Februarii, quos S. R. Maj. his accipiendis deputare contigerit.

XVII. Deinde quoniam maximum hoc bellum non poteſt non maximos ſumtus requirere, ideo patiatur Rex Chriſtianiſſimus id etiam geri ex vectigalibus fluminum, exempli gratiæ Viſtulæ & aliorum, nec S. R. Maj. in eo impediat vel impediri permittat.

XVIII. Tertio, ſi aliquis alius Rex, Princeps, aut Respublica S. R. Maj. bellum intulerit, eo quod vel his vectigalibus utitur, vel præſens bellum gerit: Chriſtianiſſimus Rex eum quoque eamve pro hoſte manifeſto habeat, nec commerciorum, vel ulla alia amicitiæ jura concedet: non obſtantibus quibuscunque aliis in contrarium antegreſſis pactis.

XIX. Quarto, pro ſeptimi articuli luce, quindecim naves bellicas, nauta, milite, tormentis & omnibus aliis neceſſariis inſtructas S. R. Maj. Sueciæ ſubmittat concedatque pro Oceani tutela, dictorum vectigalium conſervatione, liberaque neceſſariorum ad ſuos exercitus advectione præſtanda. Hoc punctum Camerarius quidem poſtulabit, cum id Legatus

Digitized by Google

ipſe hic obtulerat, ſed, ſi renuentem invenerit, non admodum illud urgebit.

XX. Quinto, ne Rex Galliæ pacem in Italia faciat, quamdiu hoc Germanicum bellum durarit: vel ſi ad eam urgentibus de cauſis faciendam inductus fuerit, ut tum ejus loco ſufficientem exercitum ad Rhenum vel alio in Germaniam ducat. Cum alias facile præſumi poterit, Hiſpanos, ſi inducias in Belgio pepigerint, pacem etiam in Italia obtinuerint, totis viribus in Germaniam ruituros.

XXI. Sexto, quod ſi in duodecimo foederis puncto alios quoque incluſos voluerit Sereniſſ. Rex Galliarum, ut Ducem Bavariæ, ceterosque Electores Germaniæ aut alios, neque id S. R. Maj. Sueciæ diſplicebit, modo mutui Legati certum tempus definiant, intra quod ſuam voluntatem ac nomina profiteantur.

XXII. Ad has conditiones præſtandum, ſi Deputatus Gallicus, vigore legitimi procuratorii, Herum ſuum obligaverit: Dnus Camerarius quoque vi mandatorum & plenipotentiæ ſuæ promittet, S. R. Maj. Sueciæ paratam fore, ut pro futuro vere totis viribus in Germaniam moveat, nec pacem ante faciat,

Digitized by Google

quam Chriſtianiſſimo Regi ſub dicta reciprocatione libuerit.

XXIII. Hæc omnia Camerarius ita urgeat, ut, ſi poſſibile fuerit, quam ampliſſimas conditiones & aſſiſtentiam obtineat, omnique modo S. R. Maj. Sueciæ conditiones meliores efficiat.

XXIV. Sed ſi ad talia ſubſidia pecuniaria Rex Galliæ induci nequiverit, ad quæ tamen eum, quantum ſalva S. R. Maj. exiſtimatione fieri poterit, inducere conabitur Dn. Camerarius, tum S. R. Maj contenta eſt, ut tantum his de navibus & ſubſidio pecuniario conditionibus annexis: Ita ut uterque Regum, propriis tantum viribus, utrinque ſuum & quidem Regium & ſufficientem exercitum ſimul pro futuro vere in Germaniam ducat, communique opera & conſilio utrinque bellum tamdiu gerant, nec ab eo, altera parte inconſulta aut invita, diſcedant, donec ſcopus ſupradictus obtentus ſit.

XXV. Quo caſu curabit quidem Dnus Camerarius, ut cæteræ conditiones omnes, quantum e re S. R. Maj. fuerit, rite inſerantur inſtrumento: Id vero inprimis & præ cæteris obſervabit, ut, ſi occaſione hujus a S. R. Maj. in communes inimicos ſuſcepti belli ali-

Digitized by Google

quis alius Rex, Princeps aut Respublica, ſe S. R. Maj. quocunque modo oppoſuerit, eundem eandemve Rex Chriſtianiſſimus, ut ſupra dictum, pro communi cum S. R. Maj. Sueciæ hoſte habeat.

XXVI. Quodcunque autem foedus fecerit, generalia quæque illa, quæ in plerisque foederibus adjungi ſolent, addere etiam poterit, nimirum, ut alter alterius commodum ac dignitatem pro poſſe promoveat, damna vero ac detrimenta mature ſignificet, ac, quantum in re fuerit, amoliatur.

XXVII. Cum hoc quoque foedere non ſolum vetera pacta inter Sèren. Reges, Regnaque Sueciæ & Franciæ olim inita ac confirmata fore, ſed etiam arctiorem jam amicitiam factam cultamque iri, ſalvis interim ceteris omnibus pactis, quæ uterque Regum cum aliis Regibus, Principibus aut Rebuspublicis contraxiſſe poterant, in quantum hæc ipſis non derogant aut contrariantur.

XXVIII. Mutui ſubditi a mutuis quoque Regnis omnibus privilegiis, contractibus & immunitatibus commercia concernentibus & ab una vel altera parte a prædeceſſoribus regnorum rite obtentis, uti hactenus ita etiam in poſterum, libere utantur fruanturque.

Digitized by Google

XXIX. Similiter utrique Regum conceſſum erit, neceſſitate ita exigente, navibus ſuis bellicis & aliis alterius portus ſubire, easdem ibi inſtruere & reparare, viciſſimque educere, nec non prædas ab hoſte partas vendere & aliis ejus portus privilegiis & immunitatibus frui: eaque via utriusque hoſtibus, præſentibus & futuris, omni tempore interdicta.

XXX. Initium formandi inſtrumentum foederis capiatur a præſentis temporis occaſione ac neceſſitate, tum arcta inter Reges neceſſitudine, ac cujusvis proprio intereſſe, idque in toto inſtrumento caveatur, ne S. R. Maj. Sueciæ indignioribus verbis oneretur, quaſi Ipſa annie hoc foedus ſollicitarit, vel aliis ejusmodi præjudiciis.

XXXI. Tam vero in ſeſſionibus, quam conſultationibus & ſubſcriptionibus diligenter rationem habebit Camerarius dignitatis S. R. Maj., hoc obſervato, ut, ſi minus priorem locum habere poterit, ſaltem æqualitatem, etiam in minimis ac per omnia, conſervet, nec committat, ut ullum vel S. R. Maj. vel Regno Sueciæ in eo præjudicium creetur. Id quod totum S. R. Maj. ſolitæ ipſius prudentiæ ac induſtriæ concredit, ut & ſi quid hiſce

Digitized by Google

addendum videatur, quod e re & dignitate S. R. Maj. quocumque modo eſſe poterit.

XXXII. Si quid autem dubitationis inciderit, id ad S. R. Maj. diligenter referet, & declarationem Ejusdem expectabit, operam daturus, ut S. R. Maj. de cunctis, etiam minutiſſimis, recte ac dextre informetur.

LXII.

Eigenhändiges Schreiben des Reichs-Canzlers an Camerarius, vom 16. März. 1630.

Aus dem Original.

Magnifice atque nobiliſſime Domine.

Juſſi meum Nicodemum, diligenter ad te perſcribere, quæ apud nos aguntur & vidi aliquoties ipſe literas, priusquam mitterentur. Unde ſatis mirari non poſſum, nullas ad te perferri. Ego in ſcribendo negligentiorem me fateor, quam ſit ex uſu Regis mei, aut ſatisfaciant deſiderio tuo; ſed cum ceteris nunc quieſcentibus, mihi tamen cum diverſi generis hominibus, ac diverſi deſtinati ſit conflictandum, ut parum habeam ad ſcribendum otii, ſpero me tibi fore excuſatum. Literulas ſaltem haſce teſtes amoris affectusque mei hac

Digitized by Google

occaſione, dum ad vos abit noſter Ehrenreuterus, exarare placuit, ac ſimul, quæ hucusque acta ſunt, breviter notare. Transactum ad ſex annos præterito autumno cum Polonis eſt, & exhibitis menſe Januarii utrinque ratificationibus firmatum, ut de ſervando dubitare non liceat. Reddita ſunt loca omnia ſuo tempore, quæ vi pactorum Regi Poloniæ reddi debuerunt, Marieburgum & Hoffium ſequeſtrata in manus Electoris Brandenburgici, Fiſchhauſium vero retentum ac Memela recepta loco Hypothecæ, idque ex præſcripto pactorum non modo publicorum, ſed etiam privatorum cum ipſo Electore, reſtabant binæ controverſiæ ad Gedanenſes rejectæ, quæ licet a Rege & Republica Polona generaliter fuerint adprobatæ, tamen quod viderentur ſecum trahere qualemcumque diminutionem juris ac dignitatis, maluerunt Polonici Commiſſarii per Gedanenſes tractari. Hi negotium protraxerunt neſcio qua ſpe, quove conſilio. Quæ nos prætendebamus, erat vectigal ad portum Gedanenſem & ſecuritas nobis ex illo portu præſtanda. Illi urgebant etiam alia quædam ac inter hæc reſtitutionem Neringiæ & bonorum in Inſula majore. Nolebant venire Elbingam, ut mecum pertractarent, licet &

Digitized by Google

Elector ſuos miſiſſet & Respublica etiam ſuos ad me ablegaſſet. Dedi tandem id obſtinationi Gedanenſium, ut ablegarim meos Subdelegatos, qui locò medio in Inſula majore cum illorum Commiſſariis congreſſi de litibus noſtris pacti ſunt. Regi meo debentur 3 ½ de ſingulis centenis, quæ mari Gedanum vel invehuntur, vel inde evehuntur; promiſſumque eſt, navim bellicam aut claſſem nec parari nec admitti deberi in portum. Nolo in hiſce narrandis eſſe prolixior, jamdudum enim miſſa ad te ſunt pacta regnorum publica, item pacta cum Electore & nunc exemplar quoque eorum, quæ inter me & Gedanenſes concluſa ſunt. Hæc cuncta nunc videntur tranquilla; Polonus omnem militem Germanum, cujus operâ hoc bellò uſus eſt, exauctoravit, tam in Lithuania, quam Polonia, Elector ſtatuerat, ſuum ſecum ducere in Marchiam, ſed prohibitus a Wallenſteinio, omnem hic dimiſit præter præſidiarium Marieburgenſem & Hoſtenſem. Etiam Gedanenſes ſuum magna parte exauctorare coeperunt, qui miles diſtrahitur cura & ſtudio noſtratium & Cæſareanorum, quorum quisque hoc agit, ut in ſuas partes eundo militiam cujusque augeat firmetque. Elector Brandenburgicus die 22. Febr.

Digitized by Google

Marieburgo diſceſſit in Marchiam, anxie a ſuis, uti fertur, vocatus & a Comite Schwarzenbergico perſuaſus, *abiit, quo ducitur, Princeps ſuo ingenio non malus, & in quo ſpes aliqua eſſet, ſi ipſe ſe regeret & careret iſto conſiliorum magiſtro, nunc ſuis æque amicis ac inimicis ſpretus.* Vocatus ac invitatus veni ad illum die 18. Febr. in oppidum Ducatus Hollandum, terno abhinc milliari diſtantem. Habitus benigne ante & in prandio, præter colliſionem poculorum etiam Principis ingenium inſpexi. Nihil quod ad rem facit actum eſt, niſi quod Princeps expiſcari a me voluerit, puteremne Regem meum tractatus pacis ferre poſſe cum Cæſare. Id ſtudioſe inquiſitum per Dominum Kneſebeckium paucis ante diebus, & ſollicitarunt paulo ante idem apud me Legati Ducis Pomeraniæ, & Rex Poloniæ ternis ad me per Cancellarium majorem Regni Poloniæ, Epiſcopum Culmenſem, datis literis ſcribit: Imperatorem & Ducem Bavariæ comprehendi ac includi velle pactis noſtris. Hæc quo tendant, non eſt difficile judicare. Inducias cupiunt fieri ad Stralſundium, & neſcio quid aliud agitant. Credo bonos Marchiacos & Pomeranos ſentire quidem ægritudinem ſuam, ſed nec illam, nec remedia

Digitized by Google

ſcire; idque hiſ contingere, quod ſolet febricitantibus, ut præ ardore ſe ex uno in alterum latus evolutando fruſtra levamentum quærant. Hic ſtatus eſt rerum & conſiliorum apud nos in hac provincia, nam ex Suecia diu nihil habeo. Nunc ſoluta glacie non dubito me commodius ſæpiusque de Regis mei voluntate edoctum iri. Vale Vir optime, amicos meos ac inprimis Rusdorfium ſaluta & me amare perge. Iterum vale. Raptim Elbingæ die 6. (16.) Martii An. 1630.

Magnif. tuæ amiciſſimus

Axelius Oxenſtierna mppr.

LXIII.

Eigenhändiges Schreiben des Reichs-Canzlers an Camerarius, vom 14. Julius 1630.

Aus dem Original.

Magnifice ac Nobiliſſime Vir.

Notabo breviter, quis ſtatus rerum & conſiliorum apud nos ſit. De cunctis accuratius perſcribet noſter Nicodemus. Rex noſter diu in anguſtiis maris Suecici detentus ob vim adverſæ tempeſtatis, tandem e portu ſolvens appulit litora Pomeranica die Junii 25. atque

Digitized by Google

illico liberata ante Rugia opera præſidiarii militis Stralſundenſis in Uſedom deſcendit nemine reſiſtente & e munimentis profugiente milite Wallenſteiniano. Ego interim hic in Boruſſia, quantum potui, peditem collegi ex copiis Polonicis, Brandenburgicis & Gedanenſibus exauctoratis atque maximam eorundem partem pertraxi in ſervitium Regis mei. Expedivi jam cum tribuno Teufelio quatuor Regimenta peditum atque nunc viribus omnibus in eo ſum, ut equitem mittam, cujus hic mediocris copia eſt, ut dubium non ſit, exercitum Regis mei futurum non contemnendum, cum undique collectus in unum coierit. Cetera ſunt in manu Dei ſolius, cujus cauſa agitur, neque de ejus auxilio dubitandum exiſtimo. Verum de his parce, cum neutiquam ambigam, quin hæc aliunde reſciſcas citius, & ex ipſis caſtris Regiis uberiore relatu. Dnus Carolus Hannibal de Donaw multo jam tempore Gedani eſt, & mira agitat, verſans ſe in omnes partes, prenſat omnium manus, ut aliqua ratione excitare Gedanenſes queat adverſum nos, ſtimulat male affectos, dubios firmat, ſummatim dicendo, elegit ſibi hunc locum, ubi ſub ſpecie tractatuum publicorum exerceret vim ingenii in nocendo rebus noſtris.

Digitized by Google

De tractatibus vix eſt quicquam cogitatione tua dignum, quod ſcribam, Legati Regis Daniæ initio menſis Junii adpulere Gedanum. Ego accepta a Rege meo agendi poteſtate ac mandatis, obtuli operam meam & ut locus utrique parti commodus deſignaretur, rogavi. Mediatores alium quam urbem Gedanenſem admittere recuſarunt, dictitantes, ſe ad eandem ſtricto adlegatos eſſe vi inſtructionis, adeo quidem, ut, cum a me ad privatum colloquium invitarentur huc Elbingam, aut quocunque alio loco tuto, etiam hunc congreſſum vitarint, ſemper inquirentes, quando ceteri Commiſſarii, Collegæ mei, venturi eſſent. Hi adpulere octiduo abhinc, Dominus Gabriel Oxenſtiern, patruelis meus, Dnus Carolus Banerius & Dnus Petrus Sparrius. Verum tractatus manſit eodem loco. Mihi non apparet, quicquam inter nos actum iri, idque ad eundem modum judicari ab ipſo Dno Donavio, Cæſareo Legato, cognoſces ex adjuncto exemplari Donaviarum literarum ad Campimareſchallum Torquatum Conti, hiſce diebus interceptarum, quod ideo ad te mitto, ut cauſas, quas ipſe dijudicat, videas. Quid cauſæ ſit, cur Gedanum ire nolim nec poſſim, tu pro tua prudentia facile diſcreveris.

Digitized by Google

Fuere mihi hactenus nomine Regis mei plurimæ cum ea civitate controverſiæ, quæ, licet ſopiræ ſint, relinquunt tamen aculeos ſuos. Et ipſi Gedanenſes contra tenorem pactorum & libertatem commerciorum, ab ipſis tanto ſtudio quæſitam, omni modo tollere cupiunt hanc ipſam ac monopolium pannorum ſibi ſolis vindicare, excluſis Elbingenſibus & Regiomontanis, idque ſub ſpecie privilegii tempore belli obtenti, de non concedendis pannis per Poloniam, niſi ſigno Gedanenſi notatis. Pacta cum Republica Polona commerciorum libertatem ſine ulla limitatione terra ac fluminibus ſtatuerunt, pacta cum Gedanenſibus eundem ad morem ante bellum ſuſceptum expreſſis verbis revocarunt, neque id aliter mediatores, ac inprimis Anglus, interpretati ſunt. Verum ea eſt obſtinatio ac inſolentia iſtorum hominum, ut nulla fidei publicæ aut famæ habita ratione cuncta ad ſuas utilitates referant. Rogavit me Legatus Anglicus & poſt ejus diſceſſum Agens Anglicus Franciſcus Gordonius, una cum Anglica ſocietate, ne permitterem, Anglicanas merces Gedanum importari, ad rogatum eorum inhibui, ita tamen ut & moderatus ſum interdiu & ſublaturus, quamprimum intellexero, moderatiora conſilia Gedani

Digitized by Google

valere. Commutavi ſuper hoc negotio cum Gedanenſibus literas, quas Secretarium jamdudum tecum communicare juſſi, ne te lateret ſtatus rerum noſtrarum. Ego quidem in hoc negotio ea utar moderatione, ne quis conquerendi juſtam cauſam habeat ac facile effugiam Deo volente graviores rixas. Nemo tamen mihi, ut ſpero, vitio vertet, ſi me ac ſtatum Regis mei mihi in hac provincia concreditum nolim Gedanenſium fidei committere, ob tractatum ſua natura infidum, cujus initia dubia, exitus deſperatus ſit. Id enim elicui, Donavium habere poteſtatem cum Stralſundenſibus, non cum Rege Sueciæ tractandi, nec fieri ullam in procuratorio ejus Regis mei mentionem, hancque ita excuſari, quod Imperator Regi meo titulum Regni Sueciæ dare nolit. Id poſtquam intellexi atque ab ipſis mediatoribus Danicis, quid mirum? ſi non usque adeo congreſſum affectem. Cetera hiſce in locis & in Polonia tranquilla ſunt.

Latorem harum Danielem Sidonium J. V. Doctorem, juvenem doctum & eruditum, tibi de meliore nota commendo. Inſtituit filios meos per novem annos ſumma fide & dexteritate, ut mihi ſit junctiſſimus & adprobatus. Is cum ſtudio videndi regna & nationes exte-

Digitized by Google

ras, earumque mores ac inſtitura cognoſcendi, meo ſuaſu in Belgium eat, nolui eum dimittere ſine commendatione mea. Si qua in re potes, juva cum conſilio & animum egregium firma, ut reverſus te amet ac laudet, atque ego ex eo intelligam, plurimum me apud te poſſe. Conſtabunt tibi viciſſim officia mea. Vale, Vir amiciſſime & me, ut coepiſti, amare perge. Radrim Elbingæ die 14. Julii An. 1630.

Dominationis tuæ amiciſſimus

Axelius Oxenſtierna mppr.

LXIV.

Schreiben des Churfürſtlichen Collegii an König Guſtav Adolph in Schweden, vom 13. Auguſt 1630.

Aus einer Schwed. Canzley-Handſchrift.

Dei gratia Anſelmus Caſimirus, Moguntinus, Philippus Chriſtophorus, Trevirenſis, Ferdinandus, Colonienſis, Archiepiſcopi, Maximilianus Dux Bavariæ, Johannes Georgius, Dux Saxoniæ, Georgius Wilhelmus, Marchio Brandenburgenſis, S. R. I. per Germaniam, Galliam & Regnum Arelatenſe, nec non Italiam, Archicancel-

Digitized by Google

larii, Archidapifer, Archimarſchallus, Archicamerarius & Principes Electores.

Sereniſſime Rex, Domine Amice, Conſanguinee & Affinis chariſſime. Regia Dignitas Veſtra literis 7. Aprilis ad nos datas querelas nonnullas expoſuit, quibus deſiderabat noſtra interpoſitione remedium adhiberi, ne ipſi neceſſitas adferretur, ejusmodi remediis ſibi propius proſpiciendi, quorum contagia in Imperium longius, quam vellet, penetrare poſſent, ſimul excuſabat, quod Imperiali Stralſundenſi urbi opem ſuam imploranti auxilio fuiſſet. Re tota conſiderata, non putamus ſubeſſe cauſam, cur propterea hoſtile aliquid in Imperium Regia Veſtra Dignitas moliatur, Stralſundenſibus certe, ſi animo magis factisque quam verbis fuiſſent in Imperatorem ſupremum Dominum proclives, expeditior fuiſſet ad Cæſaris clementiam via & contra militares injurias promtius remedium, nec attinebat in præjudicium Imperii aut externa illos adſciſcere, aut illi externa ſubminiſtrare præſidia. A pacis oſoribus amicitiam Regiæ Dign. Veſtræ læſam & indignitates illatas minime probamus, ſi quid etiam in titulo literarum noſtrarum deſideratum, id non animi alienatione aut minuendi honoris ſtudio, ſed more & uſu,

Digitized by Google

uſu, quo erga alios etiam Reges utimur, factum. Quæ vero in Saxoniam inferiorem & poſtmodum in maris Balthici oras ducta ſunt Cæſaris arma, & militares inde ſecuti apparatus, his nullatenus credimus, S. Cæſ. Majeſt. Sueciæ Coronæ & Regiæ Dign. Veſtræ ſtatum offendere, non provocatum, unquam decreviſſe, ſed potius conſilium fuiſſe, eorum conatibus obvenire, quibus placuit, hoſtium Cæſaris conſilia juvare magis, quam Cæſaream amplecti oblatam benignitatem. Quod etiam vicinos Conſanguineos ſuos dolet paternis dominiis exutam, id, cum Principatus & feuda ab Imperio immediate dependentia concernit, Imperatoris Majeſtati, tanquam Domino directo hujus cauſæ arbitranti æquius Regia Dign. Veſtra deferat, quanto & ipſius Majeſtas ad clementiam eſt proclivior & ad juſtitiam cuilibet petenti adminiſtrandam promtior, quanto etiam nobis magis curæ fuit, & ante per literas & jam coram, Ducum Mecklenburgenſium cauſam Majeſtatis Suæ æquitati commendare. Poloniæ Regi in Pruſſiam ſuam miſſa a S. Cæſ. Maj. ſubſidia non credimus ab Imperatore Regiam D. V. alienorem facere, cum facti hujus ratio nobis non conſtet, credamus autem peculiares Suæ Cæſ. Maj. fuiſſe

Digitized by Google

cauſas, cur amici & conſanguinei Regis partes non plane judicarit deſerendas, interim jam induciis utrinque ſtabilitis, ſi vel ex hoc etiam capite, vel aliis ex cauſis Regia Dign. Veſtra aliquid offenſæ cepiſſet, id tamen omne credimus ejusmodi eſſe, ut non propterea novis bellorum motibus in Imperium turbandum, cum alia rerum componendarum pacifica media, cum utriusque partis ſatisfactione non ſint defutura. Hinc eſt, quod amanter omnino Regiam Dign. Veſtram hortamur, ut ne ſe ullius conſiliis patiatur induci ad arma in Imperium movenda, aut juvandas partes eorum, qui hactenus debitam Cæſ. Maj. obedientiam negant, quin etiam quæ jam in Imperium moviſſe arma non ſine admiratione intelligimus, quam primum educat. Nam ſi quid hoc maxime tempore, quo tantis impendiis una cum Imperatore noſtro invictiſſimo Ratisbonæ in ſolidæ pacis curam incumbimus, ſecus faceret, non jam ſecuritatis ſuæ tuendæ conſilium cepiſſe, ſed hoſtium Cæſaris ſiniſtris machinationibus Regiam D. V. ſubſervire voluiſſe, nemo non crediturus eſt. Quod reliquum eſt, meliora omnia nobis pollicentes & in opem pacis erecti, Regia D. V. noſtra viciſſim officia offerimus & felicia omnia Eidem

Digitized by Google

a Deo omnipotente enixe precamur. Ratisbonæ 13. Augusti 1630.

Regiæ D. V.

paratissimi
Amici & Consanguinei.

LXV.

Allianz-Tractat zwischen K. Ludwig XIII. in Franckreich und K. Gustav Adolph in Schweden, vom 6. Januar 1631.

Aus einer Schwedischen K. Canzley-Handschrift.

Nos Gustavus Adolphus, Dei gratia Suecorum &c. Rex &c. notum testatumque facimus, quod cum Serenissimo ac Potentissimo Principe, Dno Ludovico XIII., Galliarum ac Navarræ Regi Christianissimo, Fratri, Consanguineo ac Foederato nostro charissimo, placuerit, pro communi bono & mutuo Regnorum nostrorum emolumento, arctiorem amicitiam & certa foederis pacta Nobiscum inire, deque iis plenipotentes utrinque Commissarii Nostri ad sequentem modum convenerint & statuerint:

Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini, Domini Gustavi Adolphi, Suecorum (tot. tit.) Domini nostri clementissimi

Digitized by Google

Commiſſarii, Guſtavus Horn, de Malla & Keringe, Eques auratus & Exercitus Suecici Campi Marechallus, Johannes Bannerius de Mulhamer, Eques auratus & pedeſtris militiæ Generalis, Regni Sueciæ Senatores: & Carolus Bannerius de Hafwenäs, Secretarius Status & pro tempore ad aulam Pomeranicam Legatus, notum teſtatumque facimus: Quod cum ad componendum bellum Sueco-Polonicum a Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principe ac Domino, Domino Ludovico XIII., Galliarum & Navarræ Rege Chriſtianiſſimo miſſus eſſet Illuſtriſſimus Dominus Hercules Baro de Charnace, Conſiliarius Status & Tribunus, & poſt illud negotium feliciter peractum, non minorem S. R. Maj. Domini noſtri zelum intelligeret, quam Sereniſſimi Regis ſui voluntatem, foederis ineundi, in communium amicorum vicinorumque libertatem recuperandam. Et quoniam conditiones, quibus ejusmodi libertas recuperari & mutuum foedus iniri poſſe videretur, a S. R. Maj. Domino noſtro, cui horum locorum conſtitutiones omnium optime ſunt perſpectæ, antehac propoſitæ, Sereniſſimo Galliæ Regi per Dominum Legatum communicatæ, ipſi adeo placuerit, ut mandata ac procuratorii plenipotentiam Domino

Digitized by Google

Legato dederit, de iis tractandi ac concludendi: Nosque ex parte Suæ R. Maj. Domini noſtri deputati eſſemus, ut cum eo de toto hoc negotio conveniremus: poſt acceptas igitur traditasque utrinque legitimas mutuorum noſtrorum Principalium plenipotentias, cum præfato Dno Legato Gallico de dicto foedere, nomine S. R. Maj. Domini noſtri ſequentes articulos ſtatuimus & concluſimus, ſicuti & vigore harum ſtatuimus & concludimus:

Sit foedus inter præfatos Sereniſſimos Sueciæ & Galliæ Rege, pro defenſione ſuorum reſpective communium amicorum, ſecuritate etiam maris Balthici & Oceani, libertate commerciorum, nec non reſtitutione oppreſſorum Imperii Romani Ordinum, & ut fortalitia & propugnacula, quæ extracta ſunt, in portubus ac litoribus alterutrius maris, Oceani aut Balthici, vel in Rhetia, demolian-tur & in eum ſtatum reducantur, in quo proxime ante hoc bellum Germanicum fuerunt. Et quoniam adverſæ partis animus a juſta illarum injuriarum reparatione in hunc usque diem alienus fuerat, factas hactenus interceſſiones rejecerat: Idcirco communium amicorum ſalus armata manu vindicator. In eum finem Rex Sueciæ pro tanta belli mole triginta

Digitized by Google

millia peditum, & ſex millia caraphractorum equitum ſuo ſumtu in Germaniam ducat & habeat. Rex Galliæ quadringenta millia thalerorum Imperialium, id eſt, millionem librarum Turonenſium quotannis contribuito, ejusque ſummæ mediam partem decimo quinto menſis Maji, alteram decimo quinto Novembris Lutetiæ Pariſiorum, vel Amſterdami in Batavia (prout Regi Sueciæ commodius acciderit) deputatis ad id Regis Sueciæ miniſtris infallibiliter numerato & tradito. Conſcriptio militum ac nautarum, exportatio navium ac rerum bellicarum in mutuis territoriis libera ſunto, hoſtibus vero denegantor. Delinquentes in diſciplinam militarem & fugitivi Domino ſuo pro adminiſtranda juſtitia in eos tradantor. Si Deo placuerit, Regi Sueciæ felices ſucceſſus concedere, in negotio religionis non aliter ſe geret, in occupatis deditisve locis, quam ſecundum leges & conſtitutiones Imperii, & in locis, in quibus exercitium Religionis Catholico-Romanæ reperietur, in integro remaneat. Ad hoc foedus quicunque alii Status vel Principes, ſive in Germania, ſive extra eam voluerint, admittantur, idque debite caveatur, ut, qui admiſſi fuerint, nec clam, nec palam ſuo vel alieno nomine adverſæ

Digitized by Google

parti faveant, aut Regibus præfatis vel communi cauſæ noceant: quin potius ſinguli ad hoc bellum ſumtus contribuant, quantos cujusque vires permiſerint, & intereſſe requirit, eaque peculiari conventione transigitor. Cum Duce Bavariæ & Liga Catholica in Imperio Romano amicitia vel ſaltem Neutralitas ſervetur, ſi illi reciprocum præſtiterint. Quodſi per Dei gratiam occaſio tractandi ſe offerat, ex communi confoederatorum conſilio tractetur, nec ullus foederatorum ſine altero quid ſtatuito, pacemve inito. Hoc foedus quinque annos dureto, a data nimirum præſentium usque ad primam diem Martii ſtylo veteri Anni ſuprà *milleſimum* ſexcenteſimum trigeſimi ſexti, intra quod tempus, niſi ſecura pax obtineatur, ex communi rurſus foederatorum conſilio prorogetur. Conventum eſt tandem, ut quoniam præterito anno de hoc foedere tractari coeptum eſt, ut in ſex annos concluderetur & Rex Sueciæ multos interea in hoc bellum ſumtus contulerit, ideo pro priori illo anno; jam fere præterlapſo, nomine Regis Galliæ ipſo die ſubſignationis præſentis tractatus trecenta millia librarum Turonenſium, id eſt centum & viginti millia thalerorum Imperialium præſtentur; quæ etiam per certas Cambii

Digitized by Google

literas a Nobis ſunt recepta, & ad ceterorum quinque annorum ſummam omnino non pertinebunt.

In quorum robur præſentes manibus propriis ſignatas ſigillis quoque noſtris firmavimus. Datum in ſtativis Regiis Berowaldi Novo Marchiæ Brandenburgenſis die 13. Januarii 1631. ſtylo veteri.

Nos igitur Guſtavus Adolphus (tot. tit.) præfatos hoſce foederis mutui articulos vigore harum ratihabemus, ac omni meliori modo confirmamus, promittentes Noſtro verbo Regio, Nos eos omnes ac ſingulos bona fide ſervaturos, nec paſſuros, ex noſtra parte ullo modo violari. In quorum fidem ac robur præſentes manu propria ſubſcriptas, ſigillo quæque noſtro Regio majori muniri juſſimus. Actum Berowaldi Novo-Marchiæ Brandenburgenſis die decima ſexta menſis Januarii, Anni ſupra milleſimum ſexcenteſimum trigeſimi primi, ſtylo veteri.

Guſtavus Adolphus.

Digitized by Google

LXVI.

Eigenhändiges Schreiben des Reichs-Canzlers an Camerarius, vom 21. Junius 1631.

Aus dem Original.

Magnifice Domine, Amice obſervande.

Emitto filium meum adoleſcentem Johannem, ut primum in Belgio, deinde in Gallia, partim ſtudiis invigilando, partim moribus inſtitutisque hominum ac gentium inſpiciundis, rerum neceſſariam cognitionem acquirat. Dedit hactenus operam literis in patria Academia & annum unum mihi adfuit, ideoque poſtquam mihi aliquam de ſe ſpem concitarit, non putavi, florem ætatis mea culpa ipſi perire debere: ceteris Deo commiſſis. Cum in Belgio, donec exterorum moribus aſſueſcat, futurus ſit, juſſi, ut te accederet, tuoque conſilio & opera, ubi opus ſit, uteretur. Juva adoleſcentem & prudentiſſimo conſilio tuo, rege & ſuſtine ejus debilitatem, ac præbe ei quandoque occaſionem ad rerum neceſſariarum notitiam penetrandi, in iis, quæ adoleſcenti tuto committi & communicari poſſunt. Noſti ipſe, quantus ſit parentum in liberos

Digitized by Google

amor, inprimis adultos & qui aliquam ſui expectationem excitavere, unde nemo te rectius judicaverit, quanti æſtimaturus ſim ea officia tua, quæ contuleris in filium meum recte dirigendum informandumque. Non ſum ſollicitus, quo loco quove honore habeatur, hæc enim ſæpius ſunt impedimenta ac remoræ bene inſtituendæ juventutis, ſed in eo cura verſatur mea, quomodo a vitiis atque ceteris, quæ noxia ſunt aut indecora, monitis tuis abſtractus & ad virtutes firmatus redeat aliquando, ſi Deo viſum ſit, aptus publicæ rei aut ad minimum privatæ non ineptus. Nolo illum pluribus tibi commendare, ne videar de amore tuo in me dubitare; præſertim cum certum habeam, te hæc, quæ requiro, etiam ſine commendatione mea facturum, ſiquidem id ad rogatum meum etiam aliis feceris, qui me tam arcta neceſſitudine non contingunt. Unicum hoc addo, quicquid in filium meum amoris officiique contuleris, id me etiam potiori loco habiturum, quam ſi ipſi mihi præſtitum eſſet. Novi quicquid occurrit, ſcribet Nicodemus noſter, & referet ex parte filius, ut moleſtus tibi eſſe nolim literis longioribus; rogans divinam benignitatem, ut te cum tuis quam diutiſſime inco-

Digitized by Google

lumem conservare velit. Daram Fischusii die 21. Junii An. 1631.

Magnif. tuæ amicissimus

Axelius Oxenstierna mppr.

LXVII.

Eigenhändiges Schreiben des Reichs-Canzlers an Camerarius, vom 4. Novemb. 1631.

Aus dem Original.

Magnifice Domine.

Nursio nostro redeunte in Belgium putavi inhumanum, hominem sine literis ad te dimittere. De me & rebus Polonicis pauca, de Germanicis nihil scribam. Postquam S. R. Maj. Dominus noster ex divina dispositione victoria insigni ad Lipsiam de hoste potitus est, versis utriusque partis armis in superiorem Germaniam, cuncta citius certiusque ad vos deferuntur, quam in has oras, ut nihil sim, si de his scribere velim, facturus, quam si repetere sit animus sæpius intellecta.

De me sic habeto, avocatum hinc præterita æstate abitum sæpius conatum esse, sed subinde novis atque novis subjectis difficultatibus detentum, nunc me vix tandem expe-

Digitized by Google

dire potuiſſe, paratumque ad iter aliquot diebus incidente qualicunque ægritudine ac languore corporis impeditum fuiſſe. Spero tamen, recollectis viribus propediem abiturum & S. R. Maj. venturum. Hic cuncta hactenus tranquilla fuere. In Polonia rumor de paratu bellico Moſchi increbuit & nonnihil homines turbat; vellem litem compoſitam aut dilatam, cumque ſe offerre Moſcho cum honore non poſſint, neque ille quicquam tractet, niſi pro Magno Duce agnitus velit, idque pugnet cum titulo & prætenſo jure Principis Uladislai, egit Rex Poloniæ per Legatum cum Cæſare, ut hic ſe interponeret, & vias amicabilis compoſitionis aut prorogandarum induciarum iniret, quod Cæſarem in ſe recepiſſe ac Legatum eo propediem miſſurum dictitant. Quid futurum ſit? haud facile dixero, Moſchus enim cuncta parat bello, militem externum ſtudioſe colligit, a Turca incitatur ac propemodum progredi jubetur & ſi unquam fuit occaſio ipſi adverſus Polonum. mire ipſi oblata eſt, Rege decrepito & ægro animo corporeque; Republica viris viribusque, ſi unquam eſt, exhauſta, & præter hæc negligenter habita; erectis etiam ſpe mortis Regiæ cunctorum animis ad libertatem, quam ſi

Digitized by Google

intempeſtive odio ſervituris & paulo immoderatius apprehenderint, facile ſibi exitium attrahere poterunt. Sed hæc parergôs. In Polonia vix dubitatur de bello Moſcho, ſed tamen hactenus nulli delectus militum ſunt habiti, nec eſt credibile, externum haberi poſſe. De Comitiis Polonicis nonnihil eſt ſermo, ea celebratum iri menſe Januarii anni ſequentis, quibus non eſt dubium, ſtatutum iri, quid agi debeat. Victoriæ Regis noſtri initio non reperere fidem in Polonia, poſt confirmatæ Regem totamque aulam ac clerum mirifice conturbarunt, ac etiamnum quaſi in luctu tenent, quaſi male ominantes non ſibi ſolum, ſed Pontificiis omnibus. Erat magni nominis vir, qui auditis ſucceſſibus Regis mei, erupuit in hæc verba: *Nunquam credere ſe, Deum factum eſſe Lutheranum.* Non deſunt tamen in Polonia, ac inprimis qui ſunt Evangelicæ Religionis, quibus hæc jucunda ſunt & qui ſibi etiam hinc aliquid ſolatii eventurum ſperant & id, ut ferunt, nonnihil conturbat Regem & moerorem animi adauget. De tractatu pacis perpetuæ nulla ſpes, nullus ſermo. Rediit hiſce diebus Secretarius Polonicus in legatione Anglica additus Legato Rekofskio. Is multa de Regis Britanniæ promtitudine

Digitized by Google

& promiſſis præfatus, cunctos juſſit magna ſperare, addens, miſſum Legatum ad Regem noſtrum ex Anglia, qui id urgeret & qui in tranſitu Regem Daniæ quoque permoveret, ejus rei curam in ſe ſuſcipere. Addebat Secretarius etiam hæc, omnia in Anglia ex voto eſſe confecta; quæ res ſi ita ſe habeat, vix video, quid ex illo regno ſperandum nobis ſit. Nihil nunc habeo, quæ his addam, niſi quod Deum ex animo precor, ut te ac nos ſalvos incolumesque diutiſſime conſervet. Vale. Raptim Elbingæ die 4. Nov. An. 1631.

Magnif. tuæ amiciſſimus

Axelius Oxenſtierna mppr.

LXVIII.

Schreiben König Guſtav Adolphs an die Eydgenoßenſchaft, vom 17. April 1632.

Aus einer Abſchrift.

Guſtav Adolph ꝛc. Unſer Gnad und geneigten Willen zuvor. Edle, Geſtrenge, Fürſichtige und Weiſe, beſonders liebe. Wir werden glaubwürdig berichtet, wie daß der König zu Hiſpanien durch allerhand Mittel Euch dahin zu induciren ſich bemühe, daß er durch eure Ort den Paß

Digitized by Google

für sein aus Italia anziehendes Volck erlange, und hiedurch in diese Lande gegen Uns seine gemein schädliche desseignes zu Unserer Feind Bestem weiter fortsezen möge. Nun Wir Uns wohl zu entsinnen wißen, daß wie nun Eure löbliche Respublica, über Dero tapfere hergebrachte Freiheit jederzeit so bestendig und euferig gehalten, daß sie dahero ihren Staat gegen jedermann, und insonderheit gegen dem Burgundischen und Spanischen Haus, als welches Euch theils um die theure Gewißens-Freiheit, alle aber um den Profan-Frieden und Wohlfarth zu bringen sucht, zu conserviren sich zum höchsten angelegen seyn laßen: Also hingegen Euer Staat mit Uns anderst nicht als in beständiger guter Correspondenz und Verstandt jederzeit begriffen gewesen, so haben Wir Euch deßwegen dahin gnädigst ersuchen wollen, Ihr noch ferner in der Neutralität und gutem Verstand unverruckt bestehen, unsern Feinden keinen Paß, Favor oder Vorschub zu gestatten, sondern vilmehr das gemeine Beste, Euch selbsten und Unsere Freundschafft hierunter in acht nehmen wollet, da wieder Vermuthen dem gemeinen Wesen und Uns aus widriger Resolution Gefahr zu befürchten seyn sollte, geben Wir Euch vernünftig zu bedencken, dieweil auf einen solchen Fall, Unserm Schaden vorzubiegen, und Wir Unserm

Digitized by Google

Feind entgegen zu gehen nothwendig bedacht seyn müßen: was aus dem Sede belli, so sich in Eure Landen ohnfehlbar ziehen würde, Vortheils zu gewarten? Wir versehen Uns zu Eurem redlichen Eifer, so Ihr gegen Uns willfährig vernohmen, laßen werdet und versichern Euch hinwiederum Unserer gnädigen Freundschaft, und was Wir zu Eures Staats Besten vermögen, wie Wir dann demselbigen ingesambt und jedem in particulari mit Königl. Hulden und Gnaden wohlgewogen bleiben. Datum Schwobenhausen den 17. Aprilis An. 1632.

Gustav Adolph.

LXIX.

Handschreiben Churfürst Friderichs V. zu Pfalz, Kön. in Böhmen, an König Gustav Adolph in Schweden, vom 22. Sept. 1632.

Nach einer Schwed. Canzley-Handschrift.

Durchleuchtigster, Großmächtigster König, freundlicher lieber hochgeehrter Herr Vetter. E. L. sein meine geflißene Dienst vnd waß ich mehr liebs vnd guts vermag, zuvor.

Alß ich zu Neustadt an der Aisch meinen freundtlichen Abschied von E. L. genohmen, sein mir

Digitized by Google

mir von Dero Secretario Schwallenberg zwar Articul vbergeben worden, vermittelst welcher E. L. gesonnen weren, mich in meine Erbländer wieder einzusezen, welche ich aber also beschaffen befunden, daß ich ohne fernern Bedacht darauf zu antworten nicht getrawet, zumahln weiln es sehr spath vnd an deme gewesen, daß ich von E. L. scheiden vnd Sie dem gnädigen Schuz des Allerhöchsten befehlen wollen. Nachdeme ich nun alhie zue Franckfurth alles in reiffe Berahtschlagung gezogen, habe ich gesehen, daß wider Verhoffen, an statt Ich mich genzlich versehen hette, E. L. würden mir nit weniger als andern, die da villeicht nit so viel bey dem gemeinen Wesen aufgesezet, als Ich, eher eine Ergözlichkeit wiederfahren laßen, alß etwas von meinen Landen entziehen, nachdem Ich auf Ihr freundliches gesinnen zu E. L. kommen vnd Ihr mit Vnkosten bey acht Monath aufgewartet, dennoch die Artickel viel beschwerlicher gefallen, als diejenige, so E. L. mir erstlich im vergangenen Februarii zustellen laßen, indeme nit allein gleich in dem ersten ein Theil meines Landes streittig gemacht vnd als solche zurück behalten werden will, da ich doch in ruhigem Possels vor diesen mir von der Päbstlichen Liga zugezogenen Vnbilligkeiten gewesen, sondern auch im andern vnderschiedliche vorgreifliche Ding mehr, als zuuor,

Digitized by Google

angehenckt werden. Bitte demnach dienstlich, E. L. geruhen, mich entweder bey denen Puncten, so ich Deroselben allhie zu Franckfort zu dienstlicher Wieder-Antwort auf die mir erstlich zugestellte Articul geben, vnd darinnen Ich meines Erachtens die Billigkeit fürgeschlagen, günstig bleiben zu laßen, oder mir doch biß uf fernern billichen Vergleich, gleichwie meinem geliebten Bruder, Herzog Ludwig Philipp, meine Lande einraumen oder, da Sie ye Bedenckens trügen, deren eines zu thun, welches ich jedoch nit hoffen will, sich dergestalt günstig gegen mir in Widerantworth vernehmen laßen, daß ich Dero gute Affection verspüren könne, da ich dann mich, so viel immer möglich, derselbern gern bequemen werde. Daß will Ich vmb Dieselbe nach bestem Vermögen mit aller müglicher Dienstbezeugung zu beschulden mich nit allein für meine Person befleißen, sondern es auch aller Orthen bey meinen Freunden, denen ich ohne das alles communiciren werde, rühmen vnd sie bitten, daß sie es gleicher gestalt neben mir erwiedern. So wird es auch der Höchste alß ein reicher Vergelter alles guten E. L. belohnen. Thue Sie hiermit dem gnädigen Schuz des Allmächtigen trewlich, Ihr aber mich zu allen angenehmen mir müglichen Diensten mich dienstlich befehlen vnd will zu Mainz, dahin ich mich begeben werde,

Digitized by Google

Deroſelben gewirige Antwort mit Zeigern, meinem deßwegen abgefertigten Cammerherren, mit Verlangen erwarten. Datum Franckfurt den 22. Sept. Anno 1632.

E. Lbden

dienſtwillgſter getrewer Vetter allzeit

Friderich.

Beylage.

Conditiones, ex quarum præſcripto S. R. Maj. Regem Bohemiæ immittere conſtituit in locorum Palatinatus Electoralis jam recuperatorum aut poſthac recuperandorum poſſeſſionem.

1. Sacra Regia Majeſtas Regi Bohemiæ reddat omnia loca ac territoria Palatinatus Electoralis, quæ hactenus hoſti ademta ac recuperata ſunt, aut durante bello adimi ac recuperari poſſunt, ea videlicet, quæ ſine controverſia ac lite pertinuerunt ante hoſce motus Germanicos ad Electoralem Palatinatum, ceteris reſervatis amicabili compoſitioni aut legitimæ deciſioni, cum hac ceſſione S. R. Maj. nemini præjudicari velit.

2. Rex Bohemiæ in poſterum fruetur in civitatibus, oppidis, pagis jam recuperatis

Digitized by Google

aut recuperandis, cum fuerint occupata, jurisdictione omni ac reditibus ordinariis, hoc ſolum modo obſervato, ut neceſſitate exigente præſentis belli ſuſtinendi ratio non negligatur.

3. Poſtquam vero belli ratio requirit, ut arcendis hoſtibus atque amicis in tuto collocandis, certa quædam loca jam munita tenenda ſint, aut forſan de novo munienda, non modo Mannhemium, Bacharacum, Caubium, Pfalz, ſibi S. R. Maj. reſervata vult, ſuis præſidiis firmanda, ſed etiam alia, quæ S. R. Maj. judicaverit, eſſe e re, ut teneantur aut de novo extruantur, in quibus aut extruendis aut reparandis multoque magis conſervandis Rex Bohemiæ requiſitas operas ſubditorum ſuorum præſtare jubeat.

4. Ad ſuſtentationem præſidiariorum deputentur certi ſumtus ex reditibus Palatinatus, qui, ſi non ſufficerent in præſens, ſuffulciantur contributionibus ſubditorum.

5. Contributiones omnes extraordinariæ, quæ ſciſcentur, cedant S. R. Majeſtati in uſum communis belli & reſerventur liberæ S. R. Maj. diſcretioni. Ad eundem modum ſtativa, vulgo Quartier, militares transitus, atque id genus alia, quæ belli hujus difficillimi

Digitized by Google

neceſſitas requiſierit, maneant in poteſtate S. R. Maj. ex uſu diſponenda: ita tamen ut Regi Bohemiæ id tempeſtive ſignificetur, qui per ſuos officiales ac miniſtros provideat, ut militi de neceſſariis proſpiciatur cum minimo ſubditorum onere. Habeat quoque in poteſtate ſua Juſtitiæ adminiſtrationem in delinquentes ex præſcripto pacis publicæ atque legum bellicarum exercendam; in cæteris Officialibus miniſtrisque S. R. Maj., quibus cura rerum vicinarum commiſſa eſt, ſuccurrant & ſubſidium ferant miniſtri ac officiales Regis Bohemiæ, ſitque pro cauſa communi etiam ſtudium commune, ac animorum operarumque conjunctio.

6. S. R. Maj. in reſtitutis reſtituendisque locis ac territoriis libera ſit minimeque impedita militis conſcriptio; præter Majeſtatem vero Suam nemini id liceat, ac ſi Rex Bohemiæ ipſe durante bello militem conſcribere volet, faciet id ex conſilio adſenſuque Suæ Majeſtatis.

7. Cum S. R. Maj. tanto ſtudio enitatur vindicare Evangelicæ utriusque religionis ex ſervitute Romanenſi atque ideo nihil ſit æquius, quam ne id fraudi ſit iis, qui eadem cum S. R. Maj. ſacra colendo Auguſtanam ſequuntur Confeſſionem, idcirco ſit liberum in locis

Digitized by Google

occupatis ex eo die, quo fuerint recuperata, exercitium Evangelicæ religionis ſecundum Auguſtanam Confeſſionem atque integrum iis, qui eam profitentur, non modo ſacris ſuis libere uti, ſed & paſtorem ſacrorumque miniſtrum ſibi adſciſcere ſuisque ſumtibus alere. In quibus vero locis, ſeu in oppidis ſeu rure, tota Eccleſia vel potiſſima maximaque ejus pars Auguſtanæ Confeſſioni addicta eſt, in illis reditus ordinarii cum ædibus parochialibus ac cæteris commoditatibus ac juribus parochialibus maneant penes Paſtorem Auguſtanæ Confeſſionis. Ubi vero vel tota Eccleſia Reformatæ religionis eſt, vel maxima ejus pars, ibi ſerventur jura parochialia & reditus ejusdem religionis miniſtris, ſalvo nihilominus exercitio religionis Auguſtanæ Confeſſionis iis, qui hanc ſequuntur.

Sit quoque confeſſoribus Auguſtanæ religionis jus inſtituendæ ſcholæ in uſum liberorum ſuorum erudiendorum in Auguſt. Confeſſione. Ac ne qua in poſterum lis oriatur de examine ac vocatione Miniſtrorum, vel inſtituatur in Palatinatu Conſiſtorium Eccleſiaſticum ex Viris doctis Auguſtanæ Confeſſioni indubie addictis, vocandis ex conſilio vicinorum ejusdem religionis Theologorum,

Digitized by Google

ex cujus judicio vocentur Miniſtri verbi ac Moderatores juventutis ſcholaſticæ: aut ſit ejusdem per Palatinatum confeſſoribus liberum atque jus ad proxima in vicinia Conſiſtoria ejus religionis confugere atque ex eorum cenſura & judicio, ſine cujusque alterius remora aut impedimento, Verbi Dei Miniſtros & Scholarchas, Paedagogosque vocare. Interim ac dum de hiſce plene fuerit conſtitutum ac de omnibus cæteris, inter S. R. Maj. & Regem Bohemiæ transactum, ſit Superintendenti ac Conſiſtorio a Sua R. Maj Moguntiæ inſtituto aut in poſterum inſtituendo jus ac inſpectio in Eccleſias Confeſſionis Auguſtanæ per Palatinatum, ut huic articulo per omnia ſatisfiat. Inter utriusque vero Religionis confeſſores odia & perſecutiones utrinque prohibeantur & ceſſent & fraterna amicitia ac charitas chriſtiana absque fuco atque offenſa ſincere colatur.

8. Directorium belli, quamdiu hoc duraverit, & donec aut fuerit divina adjuvante gratia ad optatum finem perductum, aut amicabili ratione compoſitum, maneat penes S. R. Maj. idque Rex Bohemiæ agnoſcat, neque a quoquam alio Rege, Principe, Corpore

Digitized by Google

aut Statu, quam a S. R. Maj. dependeat. Ad bellum vero eo potentius gerendum vires, quas poteſt contrahere ex ſuo aut amicorum ſubſidio, conferat & juvet S. R. Maj.

9. Ubi vero Rex Bohemiæ reſtitutus fuerit ditionibus ſuis, non modo hæc omnia ſervet fide integra, ſed agnoſcens acceptum beneficium, renovet, firmet & uberius declaret hæc pacta, ac ſimul hujus belli onere liberatus in poſterum alat in exercitu Regis certam partem exemplo reliquorum Principum, prout convenerit.

10. At tam finito, quam durante bello Rex Bohemiæ colat cum S. R. Maj. ac Regno Sueciæ firmam ac inviolabilem amicitiam & quæ hiſce detrimento præjudiciove ſint, avertat pro viribus.

11. Pace univerſali reſtituta firmataque S. R. Maj. Regi Bohemiæ omnia loca munita Palatinatus deductis præſidiis reddat.

Digitized by Google

LXX.

Antwort-Schreiben K. Gustav Adolphs an Churfürst Friderich V. zu Pfalz, K. in Böhmen, vom 28. Oct. 1632.

Nach einer Schwedischen Canzley-Handschrift.

Wir Gustav Adolph ꝛc.

Durchleuchtiger Fürst, freundlicher lieber Vetter, Schwager vnd Gevatter. Vnß hat E. L. abgefertigter Cammerherr Dero Schreiben vom 22. Sept. zurecht eingehendiget, verstehen darauß, daß E. L. bey Erwegung Vnserer zu Neustadt an der Aisch Ihro zugestellten Articuln auf die Gedanken gerathen, ob wollte Deroselben hiedurch, an statt verhofter Recompens für Ihre bey gemeinem Wesen aufgesezte Trew vnd Vnß etlich Monath geleisteter Gesellschaft, theils Dero Erblanden entzogen vndt sonsten mehr andere vergreifliche Dinge zugemuthet werden, deßwegen E. L. freundtlich pitten wollen, Wir wollten Dieselbe entweder bey Ihrer ersten zu Franckfurth gegebenen Resolution verbleiben laßen, oder biß zu fernerm billigen Vergleich Ihro (gleich Ihres Bruders Lbden) Ihro Erblande einraumen, oder aber Vns sonsten anderwerts dergestalt erkleren, daß Sie Vnsere Affection dabey ferner zu spühren haben mögen.

Digitized by Google

Wie nun die freundliche Erinnerung E. L. vnß in die acht Monath geleisteten Gesellschafft vnd dabey ausgestandenen Vngemachs Vnß zuforderist die angenehme Conversation vnd sonderbahre liebe vnd freundschafft, die Wir von Derselben vielfältig verspühret, zu freundtlicher Danecknehmung repræsentiret, Vns auch darbey die Trew vnd Eyffer, welche E. Lden bißhero für gemeine Wohlfarth getragen, ernewerlich für Augen gestellet hat: So haben hingegen E. L. geschöpffte Gedancken, ob hetten Wir solches alles in obberürter vnserer Resolution auß der acht gelaßen, vns nit weniger in Befrembden gesezet.

Einmahl khönnen Wir nit außsinnen, was E. L. zu dergleichen mißtrawen verursacht haben möchte, ahngesehen in denen E. L. zugestelten Punckten verhofentlich der geringste buchstab nit zu finden, welcher Deroselben zu præjudiz, zu geschweigen verschmälerung ihrer rechten, gereichen möchte; E. L. auch die Zeit Ihrer Vnß geleisteten Gesellschafft vnsere trewe vnd redliche Wohlmeinung zu Ihro vnd Ihrem Hauß viel beßer erlehrnen mögen, als daß Sie einigen Zweifel darinn sezen sollten. Wollten also wünschen, daß E. L. Vnß aus dem Wahn zu bringen dißfalls ad specialiora hetten gehen vndt dasjenige, was Derosel-

Digitized by Google

ben solchen Scrupel eingejagt, klerlicher entdecken wollen.

Denn daß Wir in angezogenen ersten Artickeln privatorum jura nit vergeben vnd E. L. zu derselben præjudiz zutheilen wollen, hofften Wir, werden E. L. vnß so wenig vbel deuten, vndt daß Wir dadurch Ihre Erbländer streittig gemacht oder theilß gar zuruck behalten wollten, auslegen, als wenig Wir solches mit Fug thun können oder, da es schon geschehen were, solche transactiones in præjudicium tertii kreftig sein würden: Allermaßen Wir auch den vbrigen Puncten für Gott vndt der Erbaren Welt nit entschuldigen könnten, wenn Wir vnß vnd vnsern Glaubens-Genoßen bey solcher Gelegenheit nit fürstehen vndt sie ihrer Religions-Freiheit vnd Vbung versicherten. Vnd sein E. L. hierdurch so gar nit mit einigen vergreiflichen vndt vnbillichen Dingen beschwert, daß Sie vielmehr Vnser Freund-Vetterlich Gemüth dabey abnehmen vnd vergewißert seyn khönnen, daß, ohnangesehen nach aller Völker Recht vnd vblichen Gebrauch Wir gar wohl ein stuckh von E. L. Erblande, angesehen Wir solche nit Deroselben, sondern dem Feind, ohn einig Ihr oder der Ihrigen Zuthun vnd vnser Schuldigkeit, abgenommen, behalten oder zum wenigsten biß zur Wider-Erstattung vnser aufgewandten Vncosten,

Digitized by Google

gleich Chur-Sachsen vnd Bayern Ihrem eigenen Kayser vnd Herrn, vnd zwar aus vieler geringer erheblichkeit gethan, vnd jener Lausiz, der ander das Land ob der Enß einbehalten hat, für Vns reserviren möchten: Wir jedoch aus sonderbarer Freundschaft für alle Vnsere Mühe vnd Arbeit, die Wir nit nur die acht Monath E. L. Anwesenheit, sondern in die drey Jahr mit vnsäglichen Costen vnd der Vnstigen Schweiß vnd Blut angewendet, von E. L. nit einen Fuß breit Landes, sondern diß allein zur Widervergeltung begehren: Daß, neben der Oefnung Vnserer Religion vnd deren freyen *Exercitii* in E. L. Landen E. L. Vns für Ihren *Benefactorem* erkhennen, die zugestellte Lande von niemandt anderst als Vnß *recognosciren*, darüber Vns Ihrer bestendigen Trew vnd Holdschaft, auch einer solchen Freundschaft versichern, welches durch keinerley *Respect* vnd Absehen auf Fremde oder Bündniß mit jemandt andern wandelbahr gemacht werden khönne.

Hoffen also E. L. solche conditiones ferner nit vnbilligen, weniger Vns zumuthen werden, daß Wir selbige auf der Form, als sie anfengklichen respectu der Crohn Engelland Assistenz vnd

Digitized by Google

mutui foederis gesezt worden, reduciren sollen, ahngesehen nunmehro der Status rerum verendert vndt die Last E. L. Restitution Vns allein oblieget, dahero die Zeiten eine andere Versicherung erfordern. Wir khönnen auch dißfalls wohl leiden, daß E. L. jedes Sentiment ersuchen, nit zweiflend, die ganze Welt werde urtheilen, daß Wir E. L. sodänige vfrecht vnd redliche Conditiones vorgeschlagen haben, welche auch E. L. eigener Herr Schwiegervater seel. wenn er noch im Leben were, nit beßer begehren noch formiren hette mögen. Da aber vber Verhoffen ein- oder anderer Punct etwas dunckhel scheinen vnd mehrere Erleutterung bedörfen sollte, laßen Wir Vns nit zuwieder seyn, daß beederseits Deputirte zusammen khommen vnd Sich des eigentlichen Verstands halben endtlichen vergleichen, sein auch, da E. L. mit Vnser Freundt-Vetterlichen Offerte gedienet, nochmahls des vngeenderten willens, E. L. zu contestiren, daß Wir solche wie aus trewem herzen vndt aufrechter redlicher Wohlmeinung fürgeschlagen, also zu Ihr vndt Ihres Hauses Stabilirung vnd gedeuhlichen Aufnehmung, so viel an Vnß ist, trewlich vollzogen vnd perficiret haben. Erwarten hierüber E. L. Freundvetterliche Resolution, Dieselbe beynebens den Gnaden Gottes zu allem continuirlichem Wohlergehen ganz

Digitized by Google

treulichst empfehlendt. Datum Arnstadt den 28. Oct. *) 1632.

LXXI.

Schreiben König Gustavs an seinen Gesandten im Haag, L. Camerarius, vom 24. Oct. 1632.

Aus dem Original.

Gustavus Adolphus &c. Gratiam nostram & favorem singularem. Nobilis, Nobis sincere fidelis. In tractatibus illis, qui hactenus inter ordines foederati Belgii & illos, qui Hispaniæ Regi subjecti sunt, viguere, quamvis Nos quidem siniſtri aliquid aut contra causam communem & nostram fieri minime suspicemur, cum hoc potius singulari Ordinum & Principis Auriaci prudentiæ propositum esse arbitremur, ut victoriarum suarum fructu ad disjungendas ab hoste provincias debilitandumque Hispanum uti velint: Tamen vigiles Nobis curæ prorsus abjiciendæ minime videntur, præcavendum potius tempestive, ne dum nimio pacis vel induciarum studio foede-

*) Also nur acht Tage vor dem in der Schlacht bey Lützen erfolgten Ende des großmüthigen Königs; dem Friderich in 20. Tagen in die Ewigkeit nachfolgte.

Digitized by Google

ratæ provinciæ urgentur, aliquid præjudicio damnove noſtro committatur. Quapropter ſiquidem ad reliquas Ordinum ampliſſimas victorias hoc quoque fato aliquo accedit, ut provinciæ hactenus hoſti ſubjectæ faſtuoſo Hiſpanorum jugo ſe eximere, æquis religionis libertatisque legibus cum foederatis vivere, de reliquo utrinque injuria abſtinere conſtituerint, tum Nos ſane Ordinibus de imminuta notabili decremento hoſtis, quem Nobis cum illis communem fecimus, potentia ex animo gratulamur. Sin vero hoc agitur, ut rebus in commune turbatis unus a ſe Ordines excutiant, paceque vel induciis cum Provinciis vel conſenſu vel nomine Hiſpani factis, cauſæ communi ſe ſubducat, eo caſu Tibi gratioſe injungimus, ut re penitius penetrata conſilia iſta diſſipare & vel lucrato Principis animo, vel diſpoſitis ſingulorum, qui auctoritate aliqua pollent, affectibus, vel ſi res præſenti periculo expoſita eſt, publice & nomine noſtro in Collegio explicatis, quæ inde ad Nos damna præjudiciave pertineant, Te opponas. Quod ſi etiam his repagulis ſiſti propoſitum paciſcendi non poſſet, tum Te modis optimis proteſtari coram Collegio volumus: quod, ſi Ordines ſeparatim cum hoſte communi transigere

Digitized by Google

voluerint, Nos quoque pacem, quam non difficulter habituri ſumus, commodo noſtro facturos, remque communem protinus deſerturos eſſe. Ea autem eſt Nobis de Ordinibus ſingularis fiducia, ut cum illorum etiam intuitu hoſtem Nobis Hiſpaniarum Regem, a cujus amicitia Regna noſtra commoda antehac non parva ſentire ſolita ſunt, fecerimus, conſiliis deinde cum illis junctis, vires ipſorum perniciei deſtinatas diverterimus fregerimusque, illi quoque arcti foederis, quod Nobis cum illis antehac cultum, inde eadem ac ſi verbis conceptis etiamnum cohæreret, ſanctimonia noſtra obſervamus, memores futuri, nihilque admiſſuri ſint illorum, quæ difficillimam expeditionem noſtram ad ſalutem Germaniæ ſuſceptam intricatiorem reddere poſſint, aut ſi ſibi proſpicere aliquo tractatu volent, illud Nobis plane inſciis & patientibus minime facturi ſint. Quippe, cum utilitates, quæ ex conjunctione noſtra proficiſci poſſunt, omni exceptione reliquis majores eſſe Ipſi pro ſua prudentia dubio procul expenſuri ſint, de reliquo certi eſſe poſſint, Nos deinceps quoque expeditionem Noſtram eo libenter directuros eſſe, ut incumbens illis belli onus levius reddi, Respublica vero illorum publice

privatim-

Digitized by Google

privatimque incrementa ac commoda Nobis promoventibus sentire optatissima possit. Nos rem variis circumstantiis mutationibusque obnoxiam fidei Tuæ & diligentiæ gratiose committimus atque sic Te Deo commendamus. Datum Annstätt die 24. Oct. An. 1632.

Gustavus Adolphus mppr.

LXXII.

Notifications-Schreiben des Reichs-Canzlers Oxenstiern an K. Christian IV. in Dännemarck von dem Ableben Kön. Gustav Adolphs in Schweden, vom 1. Dec. 1632.

Aus dem Concept.

Serenissime ac Potentissime Rex
Domine clementissime.

Immutabili Dei voluntate S. R. Maj. Sueciæ, Dominum meum longe clementissimum, in prælio cætera victorioso cecidisse, quamvis fama jam ad Majestatem Vestram pertulit, tamen non potui, quin per Virum hunc Nobilem, Dominum Johannem Heep, Maj. Vestræ tristissimo animo humillime significarem atque ut Majestas Vestra in iis, quæ Ei de præsenti rerum statu humillime relaturus est,

Digitized by Google

fidem ei adhibere & clementiſſime favere velit, rogarem. Quippe cum ea Maj. Veſtræ cum Sereniſſimo glorioſæ memoriæ Rege ac Domino meo clementiſſimo interceſſerit foederum & amicitiæ neceſſitudo, ut non minus ad ſe etiam pertinere Maj. Veſtram credituram, quam Eam animum affectumque eundem hæredi S. R. Maj. & Coronæ Suecicæ porro quoque continuaturam eſſe exiſtimaverim.

Lugeri ſane immaturus ille obitus nullis doloribus ſatis poteſt & Regem illum, qui tanta cura, tantisque laboribus, tanto denique ſucceſſu ſalutem publicam promovit, in flore ætatis, ante annos, cauſæ meliori ſubduci, non niſi ſecuturæ calamitatis videri poſſit indicium. Sed & illud divino Numini tribuendum eſt, quod idem laudatiſſimus Princeps morte prorſus glorioſiſſima e vivis victor exceſſit atque illud, poſtquam laboribus ſuis ac tandem ſanguine rem oppreſſam vindicavit, inque eo, quo nunc eſt, ſtatu collocavit. Quo magis in voluntate divina acquieſcendum, glorioſiſſimis manibus nihil de ſua felicitate invidendum, ceterum ita deinceps laboranti cauſæ ſuccurrendum fuerit, ne a Sua R. Maj. jacta feliciter fundamenta cum illius occaſu ſimul corruant.

Digitized by Google

Tam provida est Maj. Vestræ publicæ salutis cura atque is Ejus tanquam foederati & amici erga hæredem S. R. M. & Coronæ Sueciæ affectus, ut de Ejus voluntate, saluti Coronæ Sueciæ consulendi, hæres S. R. M. & Coronæ Sueciæ sibi polliceatur plurimum, quæ vicissim omni amicitiæ, bonæ confoederationis & officii genere Maj. Vestram perpetuo prosequitur. Commendo autem divinæ protectioni Maj. Vestram & Maj. Vestræ me quam humillime. Datum Erfordiæ die 1. Dec. An. 1632.

LXXIII.

Schreiben der Schwed. Reichs-Räthe an den Kön. Ambassadeur im Haag, L. Camerarius, vom 2. Febr. 1633.

Aus dem Original.

Nobilis & Magnifice Dne Legate
Amice singularis.

In quo moerore & animi ægritudine versemur ob immaturam mortem Sacræ Regiæ Majestatis, Domini nostri beatissimæ gloriosissimæque memoriæ, qui in infelici illa pugna Lützensi pro communi Evangelicorum salute fortiter dimicans proh dolor! occubuit, id

Digitized by Google

rectius Dominationi Tuæ conſiderandum relinquimus. Nos certe obitum tanti Regis eo vehementiori affectu proſequimur, quo ille ampliandis patriæ incrementis & vindicandis oppreſſis Evangelicis in Germania intentior fuit. Sed quia nihil in rebus humanis eſt fixum aut ſtabile, & Deo placuit, immenſæ cladis mixtura omnium bene animatorum ſpes ac voto turbare, merito divinam curam veneramur, inque ejus voluntate acquieſcimus. Quandoquidem autem rebus ſic ſtantibus non defuturi ſunt quietis noſtræ turbatores, qui, quocunque modo poterint, ſtatum Regni hujus evertere conabuntur, amice itaque a Dominatione Tua requirimis, ut concreditas Ei vivente divæ memoriæ Rege noſtro officii partes non minus in poſterum ſibi commendatas eſſe patiatur & ſi quid inclyto huic Regno imminere periculi, vel adverſum illud agitari deprehenderit, mature indicare & pro ſua induſtria inque rebus gerendis dexteritate, quantum in ea fuerit, avertere non intermittat. Nos viciſſim operam daturi ſumus, ut condigna Dominationis Tuæ ratio habeatur, ſicuti etiam ad declarandam Ei amicam noſtram benevolentiam quovis tempore & occaſione promti paratique erimus. Quibus Dominatio-

Digitized by Google

nem Tuam divini Numinis protectioni ad proſperos rerum ſucceſſus amice commendamus. Dabantur Stockholmiæ die 2. Februarii Anno 1633.

Dominationis Tuæ amici

Jacobus de la Gardie. Gabriel Oxenſtierna.
Guſtavi F.

Petrus Banerius. Nicolaus Flemingk mppr.

LXXIV.

Schreiben der Schwed. Reichs-Räthe an den Kön. Ambaſſadeur im Haag, L. Camerarius, vom 4. May 1633.

Aus dem Original.

Nobilis & Magnifice Dne Legate
Amice dilecte.

Dolorem & triſtitiam tuam ex occaſu Regis ac Domini noſtri glorioſiſſimæ memoriæ, nec non quam offers in rebus gerendis fidelitatem, ex literis tuis Hagæ 6. Martii exaratis libenter percepimus, ad quas vero hactenus implicati negotiis Comitialibus ſerius reſpondemus. Nos certe gratam habentes operam, quam impendis Regni hujus utilitatibus, fidei ac induſtriæ tuæ eandem adhuc concredimus,

Digitized by Google

inprimis cum non defuturi ſint tranquillitatis noſtræ turbatores, ut ea omnia avertantur, quæ in ejus detrimentum redundare queant. Et quamvis urgentiſſimæ nos movere poſſent rationes, ut monita noſtra de peragendis in iis locis communicaremus, tamen rebus in Germania ſingulis fere momentis mutationi ita obnoxiis, & Illuſtriſſimo Regni Cancellario in vicinia conſtituto, ex hujus conſilio & placitis rerum gerendarum momenta rectius obſervari poſſunt. Cæterum fervente adhuc tractatu pacificationis cum Hiſpano & omnibus in dubio eventu poſitis, quamvis nonnulli velint, Hollandos qualecunque ex hoc redundans commodum permultum ad pacis hujus negotiationem propendere: Non dubitamus tamen, eo conſilia tua collimare, ut omnia præſente Germaniæ ſtatui & quæ ex eo dependeant, conformentur, ſive deinde in bellum, ſive pacem, ſive inducias conſenſerint. Porro de privatis tuis non dubitamus, ex Camera Regia exactam eſſe transmiſſam rationem, Nos vero interea de benevolo affectu noſtro nihil remittimus, quem data occaſione erga te declarare non negligemus. Atque hiſce te divinæ tuitioni ad proſperos rerum ſucceſſus amice commen-

Digitized by Google

damus. Dabantur Stockholmiæ die 4. Maji An. 1633.

Dominationis Tuæ amici

Jac. de la Gardie, R. S. Mareſch. Car. Gyllenhielm, R. S. Ammiralis. Petrus Banerius.

Nicolaus Flemings. Petrus Brahe, Comes in Viſingsburg.

LXXV.

Schreiben des Kön. Franzöſiſchen Ambaſſadeurs von St. Chaumont an den Reichs-Canzler, vom 19. Dec. 1635.

Aus einer Canzley-Handſchrift.

Monſieur.

J'ai reçu la lettre de V. E. du 5. (15.) de ce mois deux jours avant le retour du Sr. de St. Romain, qui m'a apporté la ſeconde du 7. (17.) de ce mois, par leſquelles & par ce qu'il m'a dit de ſa part, j'ai appris les particularités, qu'Elle lui a commiſes, je m'aſſeure auſſi, qu'Elle aura maintenant entendu par le Sr. Smalz ſon Secretaire les propoſitiones, que j'avois à lui faire. Mais parce que V. E. voudra peut être en avoir plus ample éſclairciſſement, comme de ma part je la ſupplie de

Digitized by Google

me le donner ſur ce, que lui dira de nouveau ledit Sr. de St. Romain, je le lui renvoye avec entiere commiſſion & la conjure de prendre en lui toute creance & confiance.

Je ſuis bien de l'advis de V. E. qu'il faut entendre & recevoir en bonne part tous les moyens, qui ſeront propoſés de faire la paix, pourveu qu'ils ne ſoient point captieux, n'i a deſſeing de ruiner le partie & interrompre l'alliance & la bonne intelligence, qui eſt entre nos Maitres, ce qui eſt ſi important, que je remets au bon jugement de V. E. les conſiderations, qui doivent etre apportées ſur cela & lui dirai ſeulement, qu'encores que le Roi mon Maiſtre aye plus de ſusject, que tout autre, de deſirer le repos univerſel de la Chretienté, pour y trouver le ſien, & eſpagner le grand nombre d'hommes & d'argent, qu'il employe en ceſte guerre, il n'en a pas neanmoins voulu accepter la premiére propoſition, qui lui en a été faite, ſans la communiquer à V. E. pour la Couronne de Suede & à ſes autres alliés, & proteſter, qu'il vouloit y conſerver leurs intereſts, à l'égal des ſiens & qu'ils y fuſſent touts compris & n'a rien relaché pour cela de ſes ſoings, & de ſon zele ordinaire au bien public, comme V. E. pourra

Digitized by Google

cognoiſtre par les nouvelles offres & aſſeurances, que je lui envoye de ſa part par le dit Sr. de St. Romain & qui doibt effacer de ſon eſprit l'opinion, qu'Elle me resmoigne avoir d'eſtre abandonnée de tous coſtés, puisqu'Elle eſt aſſurée de la franchiſe & de l'aſſiſtance du premier & plus puiſſant allié, qu'aye la Reine ſa Maitreſſe, ainſi que les effects, que je lui en produirai preſentement & ſans delai, le lui confirmeront & que le dit Sr. de St. Romain lui feta plus particulierement entendre, au quel me remettant il ne me reſte, qu'à ſupplier V. E. de vouloir prendre une reſolution digne de ſa generoſité & de croire, que j'ai une ſi parfaite affection pour ſa gloire & ſes advantages, que je n'eſpargnerai n'y mes offices, n'y ma vie, pour lui resmoigner, que je ſuis

Monſieur

Hadersleve,
19.(29.) Dec. 1635.

Votre tres-humble & tres-affectionné Serviteur

St. Chaumondr.

Digitized by Google

LXXVI.

Schreiben des Reichs-Canzlers an den Kön. Franzöſ. Ambaſſadeur von St. Chaumont, vom 29. Dec. 1635.

Aus einer Canzley-Handſchrift.

Illuſtriſſime & Excellentiſſime Domine.

Excellentiæ Veſtræ Ablegatus Dnus de St. Romain reddidit mihi ab Eadem literas, & ſumma dexteritate & fide retulit ea, quæ mihi dicere juſſus eſt. Ex iis omnibus elucet Exc. V. ſtudium & affectus conſervandi communem cauſam, & ad univerſalem pacem, juſtam ac decoram perveniendi. Non me lateat, quantum hoc anno fecerit ſumtus Chriſtianiſſimus Rex, Dominus Veſter, atque erit Majeſtati Suæ ad poſteritatem perpetuæ laudi, cauſam confoederatorum Principum tanto zelo protexiſſe. Id vero non minori ſtudio & cum ſuis maximis ſumtibus, propriique ſui ſanguinis profuſione actum eſſe a Rege quondam meo pie defuncto, atque ab ejus exceſſu, nomine Sereniſſimæ Reginæ Dominæ meæ atque Regni Adminiſtratorum a me, ſpero notius eſſe Exc. Veſtræ quam ut repeti neceſſum ſit. Certe ſex jam annos bello graviſſimo involuti, cum aliquoties ſe occaſio obtulerat, & vivo

Digitized by Google

& mortuo Rege meo, nos extricandi, premi tamen maluimus, cum diſcrimine ac ſummo detrimento ſtatus proprii, quam Amicos deſerere. Cujus conſtantiæ & Regiæ & noſtræ aliud hactenus præmium non tulimus, quam quod ii, quorum cauſam hactenus tutati ſumus, junctis cum hoſte viribus & animos & arma in nos converterint, bellumque, quod ante juſto cum hoſte geſſimus, nunc in ſociale ſit verſum, & Reginam Regnumque Sueciæ innumeris difficultatibus implicuerit. Amicitiæ inter utramque Coronam Sueciæ & Franciæ accuratam ſemper habui rationem, habiturusque ſum, nec committam, ut quisquam de me juſtam conquerendi cauſam habeat. Amici, quorum gratia arma cepimus, dehortantur & pacem ſuadent. Hactenus tamen in propoſito porreximus usque ad totius Germaniæ ac Vicinorum invidiam. An alii id faciant, aut facturi ſint, dies docebit. Interim Dux Megapolitanus, Confoederatorum unus, ſuo diſcrimine & aliorum inſtinctu motus, cepit de pace agere. Id non admittere potui, cum aliis de cauſis, tum veſtro exemplo, excitatus. Quod attinet oblationes nomine V. Excell. factas a Dno de St. Romain, illæ teſtimonio ſunt, Chriſtianiſſimum Regem in

Digitized by Google

amicitiam Reginæ meæ proclivem eſſe; ideoque ſi Excell. Veſtræ placuerit, 50000. quæ ab An. 1632. debentur, perſolvere, erit id indicio, velle promiſſa ſervare, idque ſi intellexero, faciam ut præſto, qui accipiat. Cætera, cum novi foederis tabulas requirant, referam bona fide quantocyus S. R. Maj. Reginæ meæ atque Regni Adminiſtratoribus, & mandata horum expectabo, cuncta, ubi advenerint, Excell. Veſtræ communicaturus. Interim ne quid temporis inutiliter perdatur, animi mei ſenſa ſæpius dicto Dno de St. Romain, quantum in præſens fieri potuit, aperui; rogans officioſe, ut Excell. Veſtra cuncta hæc in optimam partem accipiat, certoque ſibi perſuadeat, me ſummi boni loco habere, ſi poſſum facere, quod gratum ſit Excell. Veſtræ ac conteſtari opere ipſo, quod ſim & eſſe cupiam &c.

Stralſundi
8. Jan. (29. Dec.)
An. 1635.

Axel Oxenſtiern.

Digitized by Google

LXXVII.

Schreiben des Reichs-Canzlers an die verwittibte Churfürstin Elisabeth zu Pfalz, Kön. in Böhmen, vom 31. Mart. 1636.

Nach einer Schwed. K. Canzley-Handschrift.

Sereniſſima Regina ac Domina,
Domina gratioſiſſima.

Literas Majeſtatis Veſtræ Sereniſſimæ binas, quas 28. Jan. & 17. Martii Haga ad me curare dignata eſt, debita cum obſervantia ac honoris cultu hic Wismariæ recte accepi, & ex iis intellexi, quod Maj. Veſtra inducta conſilio meo ac communicatione ſibi per Dnum Camerarium facta, occaſione conventus Luneburgenſis ad diem 18. Jun. celebrandi intenta eſſe & ad Electores, Principes ac Status Proteſtantes ibidem congregandos literas ſuas mittere voluerit, quibus ipſis negotium reſtitutionis Domus ſuæ Electoralis Palatinæ commendare, & a me ſimul gratioſe requirere, ut pro eo, quo in Maj. Veſtram & Ejus domum hactenus feror animi inclinati ſtudio, non deſiſtam, commodis ejus velle proſpectum, quin potius in dicto conventu & circa interpoſitionem Seren. Daniæ Regis eo conſilia

Digitized by Google

& actiones meas dirigam, ut cauſa Maj. Veſtræ Sereniſſ. ac liberorum, ex quorum ſalute ſalus Evangelicorum omnium ad juſtum reducitur æquilibrium, condignæ æſtimationi ſubjiciatur, nec niſi obtenta Domus Palatinæ plenaria reſtitutione, ad ullam pacis cum Imperatore concluſionem condeſcendatur; ſicuti hæ literis ipſis uberius explicantur.

Reſponſi ſubmiſſi loco Maj. Veſtram Ser. ſecuram reddere volo, me, quicquid vel cogitatione & animo aſſequi, vel ipſo opere efficere valeo, quod honori, commodis ac plenariæ reſtitutioni Maj. Veſtræ ac Domus ejus Electoralis ſervire queat, id omne lubentiſſime in dicto conventu impenſurum fuiſſe, nec ejusve quicquam in aliis etiam quibuscunque ſe offerentibus occaſionibus prætermiſſurum, cum mihi haud difficili negotio adſequi liceat, quantum firmamenti Statui Evangelicorum ac cauſæ communi ea reſtitutione accedat, & econtra quam infirma, fluxa & infida omnia erunt futura, membro hoc tam præcipuo ac potente a ſuo corpore revulſo ſeparatoque: præterquam quod Maj. Veſtræ ac ipſius Domus merita fortuna longe meliore digniſſima ſint ac cenſeri debeant.

Digitized by Google

Ac vero, cum hiſce cogitationibus animum intentum gero, dolore neceſſe habeo, omnia ab adverſa parte ita adminiſtrari, ut exigua plane, imo nulla ſpes affulgeat, per tractatus honeſtos velle attendi ad cauſam Evangelicorum ab amniſtia excluſorum, nedum ad totalem Domus Palatinæ reſtitutionem, præſertim cum Elector Saxoniæ in reſolutione Sua Illuſtr. Megapolenſi Duci data nihil aliud in cauſa Maj. Veſtræ ac liberorum, cæterorumque excluſorum ſeſe agere aut Imperatorem in tractatu ultra obligare poſſe aut velle adſeveraret, quam ad acceptandam interceſſionem pro iis, qui jurium, terrarum ac bonorum ſuorum poſſeſſione ſecluſi ſunt, quod cum rationi ac æquitati plane adverſari mihi videretur, eo quod Imperatori nihilominus integrum maneat, quid ſtatuere velit, nec ne, ac ita in favorem eorum nihil actum iri appareat; hinc conventus, qui Lüneburgi celebrari deſtinatus fuerat, ipſo quaſi in limine præpeditus, ac ab altera parte diſturbatus eſt. Acceſſere deinde alia, quæ remotum Imperatoris & adhærentium a juſto tractatu animum manifeſtius explicant, utpote reſolutio poſtrema Electoris Saxoniæ eidem Megapolitano Duci data, literæ ejusdem uti & Electoris

Digitized by Google

Brandenburgici ad S. R. Maj., Dominam ac Reginam meam clementiſſ. aliaque nonnulla, quæ Maj. Veſtræ Sereniſſ. per eundem Dnum Camerarium brevi communicanda dabo: ut vel hinc facillimè dijudicatum ſit Maj. Veſtræ, quam multis adhuc difficultatibus implicatum hæreat negotium hoc reconciliationis, & quam nihil adhuc æqui ac ſinceri ab iſta nobis parte expectandum ſit, quod adeo cauſæ eſt, ut de bello acrius proſequendo, cogitationes noſtræ intendantur.

Nihilominus Maj. Veſtram celare non poſſum, rebus etſi ita labentibus non deeſſe tamen S. V. R. Maj. Dominæ meæ ac Regno Sueciæ rationes, quibus cum Imperatore ac cæteris hoſtibus ſuis commode transigere & ſeſe huic bello extricare poſſit. Idque tamen hactenus intermiſit, hac inter alia ſpe, fore ut alii Reges, Respublicæ ac Principes, quos cauſa iſthæc non minus, quam S. Suam R. Maj. afficit, in ſocietatem armorum & auxilii præſenti effectu venirent, nec paterentur, Suam Maj. ſolam onere tanto premi, quod adeo levari hac ratione maximopere poſſet, non ſine commodo inſigni ac ſalute auxiliatorum eorumque, quorum intereſt. Inter quos cum Maj. Veſtra Sereniſſ. ac Domus Palatina Principem

Digitized by Google

cipem facile obtineat locum, ob magnitudinem controverſiæ, quæ ei cum Imperatore intercedit, ipſius ac cauſæ communis bono futurum eſſet, ſi Sereniſſ. Angliæ Regem, Fratrem ſuum chariſſimum, eo impellere poſſet, ut non Legationibus ſaltem ac miſſitationibus, ſed & aliis quoque rationibus, quibus major vis ineſſe ſolet, cauſam Maj. Veſtræ ac liberorum ceterorumque agere velit. Quod ipſum ſi factum fuerit, ipes me haud exigua tenet, poſſe adhuc armis honeſtas æquasque pacis rationes & in his reſtitutionem quæque Domus Electoralis Palatinæ adverſariis poſſe extorqueri, nec eo caſu Maj. Veſtra & Domus ejus a S. R. Maj. Domina mea ac Regno Sueciæ deſertum ſeſe, ſed omnibus potius viribus ac ſummo ſtudio adjutam ſentiet, nilque non tentatum iri experietur, quo tandem honeſta, ſecura & univerſalis pax reduci ac refloreſcere poſſit. Sin vero Seren. M. Britanniæ Rege ac cæteris, quos negotium tantopere concernit, rationibus ſuis ſeorſim habentibus, S. Sua R. Maj. ac patria mea ſeſe deſtitutum iri ac ſolam ſub onere linqui animadverterit, difficilis valde futura erit Maj. Suæ ſoli continuatio belli. Difficilior vero Statibus Evangelicis, ſi Maj. Sua pro ſe ac ſtatu ſuo

Digitized by Google

pace bellum commutaverit, ſolis rem reſtituere. Ceterum cum res adhuc in eo cardine verſari videatur, ut adduci in partes præſenti auxilio poſſe Suam Maj. M. Britanniæ credam, optima quæque mihi ſperanda eſſe judico, & Maj. Veſtram Domumque Ejus, quod ſupereſt, Altiſſimi tutelæ ad omne Regalis felicitatis incrementum devotiſſime commendo. Dabantur Wismariæ die ult. Martii Anno 1636.

LXXVIII.

Schreiben des Kön. Franzöſ. Ambaſſadeurs, Marquis de St. Chaumont an den Reichs-Canzler, vom 1. (11.) May 1636.

Aus einer Schwed. Canzley-Handſchrift.

Monſieur.

Il y a ſi long temps, que je n'ai eu des nouvelles de V. E. que je ne scaurois demeurer d'avantage, ſans lui envoyer ce Gentilhomme, pour apprendre l'état de ſa ſanté, que je ſouhaite auſſi bonne, que la mienne propre & par même moyen je lui dirai, que Msr. le Baron de Rorte eſt revenu de France depuis deux jours & m'a dit, avoir veu partir de Paris tous les Generaux de nos armées

Digitized by Google

pour ſe mettre en campagne tant par terre, que par mer, & que bientost nous en aurons une du coste du Rhin, ce qui fera ſans doute rappeller Hazfeld de ce costé la.

Le Roi m'escrit auſſi, que le Nonce du Pape lui a fait nouvelle inſtance de choiſir un lieu & un tems, pour traiter la paix generale & qu'il lui a repondu, comme à la premiere propoſition, qu'il lui en fust, qu'il n'y entendroit jamais que conjoinctement avec la Couronne de Suede & tours ſes Alliez, dequoi il me commande d'aſſeurer encore du nouveau V. E. ſur ſa parole de Roi, & qu'il n'eſt entré n'y entrera jamais en aucun traité, qu'avec la dite Couronne de Suede & ſes Confederez. Mais parce qu'il craint, que les Eſpagnols, lesquels en effect éloignent le traité, ne lui veuillent donner le blame, dont ils ſont ſeuls capables, & faire croire aux Princes de l'Empire, qu'il veut entretenir le trouble au préjudice de leur repos: S. M. a crû ni pouvoir ni devoir mepriſer la demande dudit Nonce, ayant mesme été fortifiée en ce deſſein par les conſeils de V. E. qui m'a toujours dit, qu'il ne falloit pas rejetter le traité, quand l'occaſion s'en offriroit. Elle n'a toutesfois

Digitized by Google

voulu nommer n'y le temps n'y le lieu ſans vous en communiquer. Et en cela Elle peut cognoitre, que le Roi entreprend nullement de faire le Juge, puis qu'il ne determine pas même n'y le tems n'y le lieu de l'Aſſemblée & qu'il ſe rend ſeulement mediateur pour faire faire la convocation, eſtant aujourd'hui le ſeul Prince de la Chreſtienté, qui peut rendre ce ſervice, & eſtre le moins ſuſpect a tous, pour les raiſons que j'ai dittes à V. E. à Wismar & particulierement pour cella là, qu'il eſt maintenant ſi mal avec les Eſpagnols, qu'ils ont refuſé de recevoir ſon Nonce en Flandres & l'ont conſtraint jusques ici de demeurer à Liege. Il eſt auſſi important à la dignité de la Couronne de Suede & à la bonne intelligence, quelle a avec celle de France, quelle nomme ſes Deputés pour le traité de la paix generale tout ainſi, que les Gazettes ont publié ceux des autres, bien que le Roi mon maitre m'escrive, qu'il n'a point encor reſolu les ſiens. Sa Majeſté me tesmoigne encor par ſa dite depeſche, qu'elle deſireroit bien fort, que V. E. ſe trouvaſt en la dite aſſemblée pour la grande eſtime, qu'Elle faiſt du merite de ſa perſonne & pour la grande confiance, qu'Elle a en ſon affection & integrité, ſe promettant

Digitized by Google

d'obtenir tous les ſaufconduits & d'apporter toutes les précautions neceſſaires à ſa ſureté & m'ordonnant, de lui faire ſur ce ſujet tous les offices en ſon nom, qui lui pourront eſtre utiles envers la Couronne de Suede, à quoi je n'espargnerai pas mes ſoings en tout ce, qu'Elle me fera cognoitre, que je La pourrai ſervir, puisqu' j'y ai une parfaite inclination & que je ne ſouhaite pas moins a mon particulier, que Sa Majeſté, de voir V. E. à une aſſemblée ſi celebre, que celle la ſera, ſi elle ſe fait. Mais ſi Elle n'a pas cette reſolution, ſa dite Majeſté remet à la prudence de V. E. de nommer des Deputés capables d'entretenir la bonne intelligence des Miniſtres & qui ayent ordre de ne rien faire qu'avec ceux de France, qui auront pareil commandement & de maintenir & defendre ésgalement & conjoinctement les interêts des deux Couronnes. Ceſte propoſition de paix n'empeſchera pas le Roi mon maiſtre, de ſe preparer puiſſamment à la guerre de touts parts & il eſtime, qu'il la faut continuer mesme, ne faiſant aucune trefve pendant le dit traité & toute fois il deſire d'avoir en cela comme ſur tout le reſte l'advis de Votre Excellence, pour agir en tout de concert & ne faire rien, que conjoinctement &

Digitized by Google

avec consentement de la Couronne de Suede & vos bons conseils.

de Hambourg, ce $\frac{11}{1}$ May 1636. S. Chaumondt.

LXXIX.

Antwort-Schreiben des Reichs-Canzlers an den Französ. Gesandten von St. Chaumont, vom 8. (18.) May 1636.

Aus einer Schwed. Canzley-Handschrift.

Illustriss. ac Excell. Domine Legate.

Reddidit ante biduum Nobilis Excellentiæ Vestræ ab Ea literas Hamburgi 1. (11.) Maji scriptas, quibus gratissimum est cognoscere prosperam Ejus valetudinem & quod de mea (qua adhuc benignitate divina incolumis fruor) sollicita esse velit. Gratiam quoque habeo Excell. Vestræ, quod tam confidenter & sincere communicare mecum voluerit de iis, quæ a Christianissimo Rege per Dnum Baronum de Rorte acceperit in mandatis. Perspicio curam & constantiam Christian. Regis in tuendo & promovendo publico bono, ex eo quod miserit in campum Generales suos ad urgendos hinc inde hostes, & ad senescens,

Digitized by Google

ut multis videbatur, bellum reſuſcitandum. Apparet quoque confidens amicitia erga Sereniſſimam Reginam meam, quod intentionem ſuam ſignificare voluerit circa tractatum pacis a Pontifice propoſitum ac publicatis in eam rem, ad exterorum Principum exemplum, Legatorum ſuorum nominibus, & nihilominus clementiſſimam Reginam meam perſuaſum habere vult, nihil ſe ſine Maj. Suæ ſcitu & conſenſu ſuſcepturum in negotio pacis, nec pacturum. Simul tamen petit, ut & Sua Maj. ſuos eidem tractatui generali Legatos nominet & de loco ac tempore ſenſus ſuos explicet. Video etiam Chriſtianiſſimæ Maj. de me benignum judicium, ac Excellentiæ Veſtræ optimam affectionem, quod tantopere deſiderent, ut præcipue ego, ſi res admittere poſſent, eidem tractatui nomine meæ Reginæ intereſſem. Quæ cuncta literis ſuis Exc. Veſtra comprehendit & cætera ad meam informationem amicé nuntiat.

Nunc cum ſuper his animi mei ſenſus ſcire expetat, eosque ſibi cum præſenti Nobile perſcribi optet, pro mutua confidentia celandum Eandem non puto: literis ex Italia, Gallia, aliisve locis jam ante didiciſſe me, hos conatus Pontificis & Principum Romano-Ca-

Digitized by Google

tholicorum ad tractatus pacis ſuſcipiendos intentionem ac paratus. Fateor, rem initio varias cogitationes animo ſubminiſtraſſe, & apparaveram jam literas ad Exc. V. ſuper hoc negotio, veritus, ne hinc quicquam præjudicii communi cauſæ oriretur, quas tamen hac interpretatione Veſtra accepta aliquantum ſecurior detinui. Rem ipſam tractatus & Legatorum nominandorum quod concernit: equidem comprehendo, negotium tanti eſſe momenti, ut quid certi in eo ſtatuere ſine ſcitu & juſſu meorum Principalium ipſe vix queo. Id tantum pro tempore, nil in mora periculi cernens, habeo quod promittam, relaturum me ordine rem ad Dnos Regni Adminiſtratores, ea, qua poſſum, fide & dexteritate & curaturum, ut quantocyus ipſorum ſuper hac re voluntas & mens Exc. Veſtræ innoteſcat. Res quidem ſua difficultate non caret & puto meminiſſe Exc. Veſtram Wismarienſis Colloquii noſtri & inter alia, quæ obſtacula reperierim ineſſe mediatione Pontificis, quidve Nobis ex ea eſſet ſperandum. Cæterum quod audiam e Belgio, de eadem re cum foederatis Ordinibus juſſu veſtri Regis agi, ſcio & Dnos meos Principales daturos quieti publicæ, quicquid rationes patriæ & ſtatus rerum poſſint

Digitized by Google

admittere. Sane non parum hæc res me movet & ob coeptæ confoederationis negotium (quod Exc. Veſtra urget) totiusque hujus belli ſtatus cauſa ab Illuſtr. Regni Sueciæ Administratoribus accerſitus in patriam, decrevi poſt aliquot dies bono cum Deo iter maritimum Sueciam verſus inſtituere; ubi curæ mihi erit, ut vel exinde, ſi fortaſſis tam promte me expediri non contigerit, cuncta ad Excell. V. perſcribantur: vel cupio & ſpero, ipſe de cunctis rebus ſufficientia mandata adferem.

Cæterum ſi attendere huic conventui S. R. Maj. placuerit, idque rebus ſuis conducere arbitrabitur, quod me præcipue adeſſe & Chriſtianiſſimus Rex & Exc. Veſtra vovet, id ſcio a favore tanti Regis & Veſtra benevolentia proficiſci. Equidem nec ipſe inter minima fortunæ beneficia ducerem, tam celebri conventui intereſſe, præſertim etiam quod ſperarem, datum iri occaſionem, juxta patriæ ſervitia, demerendi in aliquo gratiam a tanto Rege toties exhibitam, & fruendæ converſationis Veſtræ aliorumque Galliæ Miniſtrorum, ac in rebus tam arduis talium virorum conſilio utendi. At ſi mandata Clement. meæ Reginæ & rationes Patriæ aliter ſuaſerint, non erit quod dubitet Exc. Veſtra, quin, quicunque

Digitized by Google

deſtinati fuerint, iis futurum ut imponatur nihil, niſi ex conſilio & communicatione cum veſtratibus agendi, reciprocam confidentiam ab iisdem ſibi promiſſuri.

Ex his locis nihil occurrit memoratu dignum, quod nuntiem. E Suecia ante biduum literas accepi, quæ & iter meum maturare me jubent, indicto ibidem in hunc menſem Ordinum conventu & quæ referunt, omni diligentia, quantum regionis noſtræ & temporis commoditas admittit, expediri transmittendas in hanc oram copias. Spero, ubi bono cum Deo advenerint, in his provinciis ſiſti excurſiones Marazini & rem ſuſtineri poſſe. In Weſtfalia, ſi acceſſerit in partes Dnus Landgravius, & de Hanovia & Confluentibus ad Rhenum bene poſſe ſperari. Si etiam, quod Exc. Veſtra affirmat, verſus Rhenum moveant copiæ Gallicæ, quemadmodum & maxime neceſſarium videtur, ut divertantur, quanto fieri poſſit impetu, vires Imperatoris jam maxime ſeſe cogentes & ingruentes in Dnum Banerium, erit quod polliceri nobis poterimus de conſiliorum ſucceſſu, quem benignitas divina æquitati cauſæ parem indulgeat. Hæc nunc tantum habebam Exc. Veſtræ literis, quæ reſponderem. Dabantur Stralſundiæ die 8. (18.) Maji A. 1636.

Axelius Oxenſtierna.

Digitized by Google

LXXX.

Schreiben des Reichs-Canzlers an die Königin Eliſabeth von Böhmen, verw. Churfürſtin zu Pfalz, vom 24. Junius 1636.

Aus einer Schwed. Canzley-Handſchrift.

Sereniſſima Regina ac Domina,
Domina gratioſiſſima.

Binas a Majeſtate Veſtra, non ita pridem unas, poſt alteras, literas accepi, quibus negotium Palatinum & cauſam Sereniſſimorum liberorum ſuorum denuo mihi recommendare dignatur, & petit, ut in Lubecenſi conventu, quemadmodum hactenus conſtanter fecerim, eorum non omittam curam. Submiſſi reſponſi loco Maj. Veſtræ ſignificandum duco, inprimis maximi me æſtimare hanc gratiam & fiduciam in me Maj. Veſtræ & optare, ut eo cum effectu operam meam interponere queam, quemadmodum id & voluntas mea & merita Maj. Veſtræ piaque cauſa poſtulant. Sane non opus arbitror, ut longius commemorem, quo affectu, qua fide & Rex meus pie defunctus glorioſiſſimæ memoriæ, & poſt ipſum clementiſſima mea Regina, ut Regni ita amicitiæ hæres, Domum cauſamque' Palatinum ſint

Digitized by Google

— Ejectus ſum cymba mea Calvenſi & ab aulæ ceto deglutitus, urinam cum Jona brevi revomendus; Princeps meus, nihil tale ſomniantem ad ſe vocatum, vel Academiæ ſuæ Theologum, vel Conſiſtorii ſui Conſiliarium, vel ſummi templi Stuttgardienſis Antiſtitem eſſe, magna contentione voluit, horumque optionem dedit. Ego ingenii pariter corporisque viribus diffitens, ſingula ſuis argumentis deprecatus ſum, tandemque multis precibus pervici, ut Eccleſiæ meæ, Conſiliarii tamen domeſtici munere addito, relinquerer. Quod Princeps cum ſanctiore Senatu non obtinuerat, amici extorſerunt, tandemque adegerunt, ut virium mearum periculum in ſemeſtrem facerem, rediturus, ſin impar oneri eſſem, ad vacantem interea meam ſedem. Elegi Conſiſtorii munus, non quod ſcholæ præferrem, ſed faciliorem ad meos reditum ſperarem, quo uno nihil mihi eſt exoptabi-

Digitized by Google

lius. Nunc in eo sum, quod Christus bene vertat, ut post Epiphaniæ solennia me sistam, subiturus, a quo in omni vita mea abhorrui, cuique, nisi patriæ salus id posceret, mortis sententiam prætulerim.

8. 11. Febr. 1639.

— Herus, natura tractabilis, neminem habet cordatum & bonum, a quo possideatur, totus in manu musteorum aliquot nobilium, qui, dum rem privatam faciunt, publicam evertunt.

9. 16. Jul. 1639.

Gratulor vobis, quod apud vos presbyterium nondum excussum, ut aliis in locis. — Laboramus non tam morbis, quam remediis, & dum præpotenti malo contra nitimur, succumbimus.

Iratum nobis planissime Deum credo, ut qui
Diruimus muros & mœnia pandimus urbis;

fatalemque equum ovantes in exitium nostrum inducimus. Persisto tamen Trojæ nostræ ruina conterendus & recti officii conscientia me sustineo, utinam etiam precibus tuis suffultus.

Digitized by Google

10. 12. Dec. 1639.

— Brevi cum bono Deo per Theophilum meum teſtabor, quam procul ab iis abierim, qui verbis quidem Chriſtum jactarunt, opere vero ſunt imperiti. Nec vero tantum mihi cum hiſce larvis lucta fuit, ſed longe gravior & acerbior cum invidia & calumnia ſororibus, a noſtratibus in me emiſſis, quotiescunque rem Chriſtianam ſive emendatiorem, ſive ad Chriſtum compoſitiorem & ad noſtras ipſas regulas, principia & inſtituta majorum redactam volui, *cui non alii magis, quam quorum id officii erat, reclamarunt.* — Obnitamur ergo ſub vexillo Chriſti & dum demum recte nos feciſſe arbitremur, cum maxime id improbaverint improbi. — *Male metus, ne ſpiritus Politicus Eccleſiam poſthac tanquam jure belli captam & mancipatam totam ſubigat, cujus non levia ſunt apud nos indicia.* Dominabitur tamen Chriſtus, vel in medio inimicorum ſuorum. — Hoc unum ſatagimus, ut ne hilum nobis Religio imperet, ſerviliter ancillantibus iis, quorum erat vel ad ſanguinem usque pro Eccleſiæ clavibus decertare. Eadem virilitate nunc Paſtorum operas lupis remunerandas exponunt, ipſi an-

Digitized by Google

xii, ne suas offas perdant, quicquid interim socii fame exercentur. Interim Actæon noster per omnes sylvas vagatur, non tam feris quam hominibus ipsis gravis, quos sedibus suis expellit, ab suis tamen canibus omnium minime tutus. Juno omne occupavit, rigentibus Divis & Deabus, & frenum mordentibus. — Seminarium Tubingense animam agit, nec ultra quatuor Ecclesiasticæ functioni pares superstunt.

* * *

Um alle diese in das Herz und Schoos eines vertrauten Freundes niedergelegte Klagen nicht übertrieben zu finden oder vor bloße Canzel-Declamation zu halten, stelle man sich den frommen, gutherzigen Calver Stadt-Pfarrer Andreä vor, der unter seinen Bürgern und Fabricanten, wie ein Vater unter seinen Kindern, Haus- und Manns-Zucht zu halten gewohnt war, der sich zwar manchmal mit dem Amtmann oder irgend einem andern unruhigen Kopf über die Gränzen der Gewalt der Kirchen-Zucht und offentliche Polizey herumzerren mußte, am Ende aber allemahl das damahls noch sehr in Ehren gehaltene Amt der Schlüssel zu behaupten und durchzusezen wußte, im schlimmsten Fall auch sich noch auf den Schuz

Digitized by Google

seines Consistoriums verlassen konnte, der alle Neben-Stunden seines Amts Werken der Liebe und Wohlthätigkeit, guten Anstalten, den Wissenschaften, dem Studiren, und jeder andern Art geistischen Vergnügens widmen durfte, der von dem guten Theil seiner Burgerschaft geliebt und geehrt, von den schlimmen aber wenigstens gefürchtet war, den guten einfachen Mann, der nun aus diesem friedsamen Cirkel herausgerissen, mit stärkster innerer Abneigung, auf bloses dringendes Zureden und Gewissens-Rüge seiner Freunde nachgebend, an den Hof, den er, nach seinem eigenen Ausdruck, sein ganzes Leben verabscheuet, hingeschleppt, unter Menschen hineingeworfen wird, die, nach der wilden Sitten damaliger Zeiten, offenbare Hurer, Ehebrecher, Trunkenbolde, Schwörer, Profanen, Zucht-Verächter und in allem Betracht ausgelassene Menschen waren, die er sich aufs Gewissen und die Seele gebunden ansehen mußte, seinen Grundsäzen getreu, sie ermahnen, belehren, bestraffen sollte und diß alles theils gar nicht, theils nur mangelhaft konnte, weil er mit einem jungen schwachen Fürsten, mit schlechtdenkenden Hof-Vorgesezten und Achselträgern von Collegen zu thun hatte, nirgends Unterstüzung, wohl aber Widerspruch und Widerstand fande, der den gan-

Digitized by Google

zen Gang des Hoflebens immer aus einem ganz andern Gesichts-Punct betrachtete und in einem unaufhörlichen Conflict von Gesinnungen mit Menschen lebte, die ihm eben so sehr verhaßt seyn mußten, als er ihnen lästig war: o! so muß man den Mann aufrichtig bedauren, wann man ihn unter diesem Joch seufzen und jammern sieht und seine Klagen, wann sie auch etwas Poesie enthielten, ehren, weil sie aus treuer reiner Seele und warmer nur allzutief empfundener Ueberzeugung flossen.

Wiewohl nun seine Briefe Zeugniß genug dieser geheimen Leiden enthalten, so ists doch nicht überflüßig, aus seiner hinterlassenen geschriebenen Lebens-Beschreibung noch ein- und anders beyzufügen, wie er sich in diesen einsamen Selbst-Gesprächen darüber ausgedruckt hat.

Schon An. 1639. im ersten Jahr seiner Hof-Prediger-Stelle schreibt er: Stuttgardiam atque in Aulam, a quibus omni vita abhorrui, traductus, tristis comparui, rebusque Patriæ & Ecclesiæ plus, quam dici potest, disjectis & deploratis, humeros submisi. — In hanc Patriæ curam accinctus, jam in limine deprehendi, qui rebus restituendis admoti essent, nihil minus quam restituras velle, adeoque corruptionis maximam partem esse, utpote quibus

Digitized by Google

ex hac tempestate sereretur metereturque, & si quid ab exilio damni accidisset, ea reliquiis nostris sarciendum videretur *). Sed &, *quibus Religionis summa concredita erat, ita supinæ religionis & laxæ vitæ reperi*, ut a serio Dei cultu morumque censura tanquam hæresi & flagellis abhorrerent, quo factum est, ut ægre obtineretur blasphemiarum, promiscuæ libidinis, profanationis dierum feriatarum variæque dissolutionis ex belli contagio contractæ interdictum, *sic tamen, ne nos & malorum sedem obligaret*, ubi luxui, comessationibus, rapinæ & nefandis cunctis sceleribus *lex data non est exemplum a Primatibus firmatum. Unum peccatum irremissibile est, modum ingluviei & profusionis optare, populli dissipationem & transfugium, Ecclesiæ tabem, omnium exitum misereri, Dei, prudentum & posteritatis sensum & judicium revereri. Una contra ad gratiam via, deglubere pecus, servire voluptatibus, sopire conscientiam, oblivionem malorum inducere*, quæ omnia, ne prolixior sim, in hæc rhytmica lemmata inclusi:

*) Dieß bezieht sich darauf, daß der aus seinem Land vertriebene Herzog Eberhard III. das Jahr zuvor aus seinem Exilio zu Straßburg wieder nach Stuttgardt zurück gekommen war.

Digitized by Google

Imperium crudum — Regnum nudum,
Consilium mutum — Satellitium brutum,
Curiæ viscus — Aulæ discus,
Cleri tabes — Fori labes,
Ordo confusus — Sudor profusus,
Fundi luxus — Aridi fluxus,
Religio pulla — Conscientia nulla,
Tristes lusus — Noxii usus,
Columbæ censura — Corvi usura,
Boni supplicium — Mali pretium,
sunt nostrum exitium.

Meam vero sortem sic expressi:

Assiduus clamor — Irritus labor,
Religionis luctus — Aulæ ructus,
Onus impar — Jugum dispar,
Stomachus debilis — Memoria labilis,
Panis defectus — Frequens despectus,
Præcox senium — Nausea rerum,
Contagii periculum — Cœli desiderium,
urgent meum abitum.

Daß der ernstliche Mann den Reformator am Hof und in der Canzley vergeblich zu machen gesucht habe, bezeugt er in der Folge seiner Erzehlung mit folgenden Worten: *Aulam* infra metum meum, hac quidem rerum angustia, tra-

Digitized by Google

ſtabiliorem expertus ſum, niſi qua immodico venationis ſtudio abripiebatur, faciliusque de hujus quam *Curiæ* moribus corrigendis ſperaverim, quos illa velut jus ſuum mordicus tenet, proſtitutos interdum, ridiculos & viris tam gravibus indignos. De Aulæ hoſpitibus illuſtrioribus, quid opus eſt dicere? quos ipſa non minus quam ſtagna piſces habent.

Am Ende des Jahrs ſagt er: Gratia omnis in obſequio, jure an injuria non refert, ſita eſt, cui obligare conſcientiam aut excidere neceſſum. — Si quidquam ſupereſt, cujus me non pœnitet & piget, id eſto, quod cum promovere bona minus licuerit, mala cum Collega conjunctiſſimo *Schüelino* impeditum omni niſu & contentione iverim, cætera ad Titi dicterium alluſione facile dixerim: *Amici! annum perdidi.*

11. 16. Junii 1640.

— Nihil eſt, quod me durius exerceat, quam falſiſſimi fratris lubricitas, cujus malignitate & jura Eccleſiæ produntur & optima pro ea conſilia atque remedia evertuntur, ut qui non conſenſu aut conniventia, ſed machinis atque exemplo fundamenta liberi quondam & optime conſtituti Conſiſtorii convellit,

Digitized by Google

turpique obsequio in prædonum manus catulique leonis ungues tradit, nunquam, quod metuo, eripienda. Tantum nocet rerum Theologicarum ignoratio & assuetudo popularium errorum, vecordia, dissolutio domestica, mulierosum ingenium & quæ alia sacrum hominem deturpant.

* * *

Den Aufschluß zu diesen wehmüthigen Klagen giebt der seel. Mann noch deutlicher in seiner Lebens-Beschreibung, da er von seinem gegen das üppige Leben und einreißenden Kleider-Pracht bewiesenen vergeblichen Eifer erzehlt: Fuere, quorum pars ego, qui choreas insolentes, commessationes frequentes, profusissimumque vestium luxum in patriæ excidio & incolarum hinc inde angustiis maximis intempestiva & legibus coercenda judicarent. *Alii non tantum toleranda & in solatium miseris danda*, quam quasi religione tenerentur stabilienda, ipsis etiam diebus solennibus majoribus & interdicto concedenda contenderunt. — Caput horum se *Vulcanus* fecit, ipse quidem claudus, sed cui procaciissima *Venus* saltatrix, docta aliud Johannis caput præmium auferre. Hunc sicuti Satyri, Fauni, & Priapi sacerdo-

Digitized by Google

res alii vitulantes, tum tauri pingues & capri petulei, qui mox nobis pugnam ambiguam faciebant, cum anguſtiæ ſpiritus laxitati carnis necquicquam opponerentur. Exploſi ſumus etiam ab iis, ubi mica veræ pietatis ſupereſſe credebatur, tantum abeſt ceſſerint, quibus facinoroſam conſcientiam his delinimentis ſoporare eſt neceſſum. His nempe conductoribus in barathrum exitii properatur.

Herr Spittler, da er in ſeiner Würtembergiſchen Geſchichte *) auf dieſen Zeit-Punct kommt, macht die Bemerkung: „Wann man den guten Joh. Val. Andreä hört, der oft wie eine Nachtigall klagte, ſo müßte es in allen Ständen jämmerlich geſtanden haben, bey Hof und in der Kirche, unter den Großen und bey dem niedrigen Volke, aber es war offenbar nur ordentlicher Weltlauf, worüber der edle Mann ſeufzte, den er in jüngern Jahren nicht ſo ganz kennen gelernt, oder wenigſtens nicht für ſo unlenkbar gehalten hatte, weil ihn ſeine platoniſche Einbildungs-Kraft noch manchmal mit Hofnungen täuſchte.„ Die Klagen des ſeel. Andreä gründeten ſich auf Thatſachen, die ſelbſt von denen, ſo Gegen-Parthie nahmen, nicht geläugnet,

*) S. 274.

sondern nur bemäntelt und entschuldigt wurden. Daß es offenbar nur ordentlicher Weltlauf war, können wir jeztlebende aus eigener Erfahrung bekräftigen, da in dem durch den Hubertsburger Frieden geendigten verheerenden deutschen Kriege Fressen, Saufen, Huren, Spielen, Schwelgen, Ueppigkeit, Großthun, Verschwendung in denen Landen, Residenzen und Städten am ärgsten war, die in der einen Helfte des Reichs von den Franzosen und ihren Bundsgenossen und in der andern von den Preußen und ihren Alliirten am ärgsten gepeitscht und mitgenommen worden. — Und dann eben der verzweifelte Trost: Also muß man des Todes Bitterkeit vertreiben.

Unsere moderne galante Hof-Prediger sind nun freilich von der platonischen Einbildungs-Kraft geheilt, womit der Thränen dieses Propheten über das Verderbniß der Sitten und Denkungs-Art seines Volks gespöttelt wird, wann sie auch nicht just alles mitmachen, so finden sie doch gemächlicher und der Pastoral-Klugheit ihres Interesse angemessener, von dieser Einmischung in bloße Polizey-Sachen sich loszusagen und der weltlichen Obrigkeit, die ihnen hinwiederum wohl und weh thun kann, es hinzuschieben, soll aber deßwegen ein Diener der Wahrheit, weil Sitten-Verschlimmerung immer Lauf

der Welt bleiben wird, verſtummen, ſeine Stimme nicht erheben, damit er nicht vor einen frommen Schwärmer und Phantaſten geſchimpft werde?

12. 9. Julii 1640.

— Animum reſumſi & excitatis Collegis meis Principem noſtrum adimus, & quo loco res Eccleſiæ noſtræ ſub ipſius Regimine eſſent, quibus injuriis a Politicis Miniſtris afficerentur, quam ipſe velatis oculis in conſcientiæ, famæ & bonorum præcipitium abduceretur, adeo libera lingua expoſuimus, & oculatis teſtimoniis firmavimus, ut plane obſtupuerit & ad tam acerbas querelas exprobrationi proximas cum pudore exhorruerit, correctionemque, quantum per temporis injuriam fieri poſſet, illuſtri fide data, in ſe receperit. *Ringuntur Politici & frendent, non tam ob detectas ſuas fraudes & rapinas, quarum nunquam vel pudet, vel pœnitet, quam quod nolunt, oculatum eſſe Principem, cui omnes juveniles errores & voluptates ac gynæcei luxum, ſacri juxta & profani facile indulgent, dummodo ſub his tenebris rem ſuam faciant.* — At omnibus Theologis, qui nos antecesſerunt, eadem via ſalebroſa terenda fuerit, quo-

Digitized by Google

rum vitas legentibus perpetui conflictus, iræ principium, politicorum insidiæ, fratrum simultates, rejectiones, seditiones, exilia, agones, tentationesque occurrunt, sed & victoriæ atque trophæa succedunt, ac bona fama, quæ fidei Christo & Ecclesiæ servatæ conspicuos testetur, & vel illam futuram immarcescibilem coronam antevertat. De eadem hac arcta via conciones tuas, quotquot iis donasti, avide aspeximus, magno nostro usu lecturi. Quam his sanctis laboribus apud Ecclesiam Christi gratiam ineas, meum non est verecundiæ tuæ in faciem exponere, hoc sane testari liceat, me uno tali opusculo magis quam decem Zacharianis ampullis, si etiam in eruditionis Oceanum excrescant, & omnem bibliothecam nostram exhauriat, refici & ad meliorem pacatioremque mentem adduci. Perge Christo duce, nec tædeat hujus eruditæ simplicitatis, quæ & Ecclesiam domi eradit & foris nos iisdem donariis instruit, quibus te sacer spiritus supra fratres unxit, quicquid etiam Athletæ tui & pugiles literiones, quorum studia non improbo, ogganiant.

13. 5. Octobr. 1640.

— Adeo jam occallescere incipio, cum video matæologorum, cacopoliticorum, &

Digitized by Google

pseudoliteratorum insultus, majoris strepitus esse & minarum, quam vulnerum ac plerumque ab ipso Deo nobis inverti, tum eludi. Unum me pessime habet, quod in sacra militia nostra ob summam egestatem nihil ordinis, decoris, aut sanctiorum morum expectare licet, omnibus famem & infamiam obtendentibus & hinc libere palantibus iis maxime, quibus plus & audaciæ & impudentiæ, cujus nuper Müllerus cum socio apud vos fuit exemplum, quem pietas potius quam necessitas evagari fecit. Accedit vocationis, quam ego ministerii basin arbitror, convulsio, quæ ad panis regulam & Simonis libellam dispensatur, ubi primas tenet, qui ut est in vera Theologia peregrinus, ita a vita Christiana alienus. Hoc sanum movere nulla arte viribusque nullis queo, statim Enthusiasmi convitio non palam quidem sed susurris adversæ factionis repulsus & ad mores necessitatemque hujus temporis remissus.

Quid hic agat Princeps immaturus, sucipienus, & deliciis suis deditus, cum capillares senes ipsi severos mores damnant, lusus & choreas, ne parum sit domi, pro suggestu operose probant, tuæ prudentiæ cogitandum relinquo. — Laudo tuam fidem & operam,

Digitized by Google

ac quod jam ſæpe ſum teſtatus, omni erudi-
tionis Oceano per alios effuſo & diffuſo, pro-
fero. Sint qui in hoſtes excurrant, nos repa-
remus muros, feriunt alii eminus, nos comi-
nus cum inteſtinis vitiis pugnemus; deleant
illi obſidentes, nos obſeſſos cives ſervemus.
Utrisque laus ſua ſervata eſt & repoſitum præ-
mium, neutrius labor ſua induſtria caret,
quicquid etiam illi ſoli ſapere & fortiter agere
& coronam merito poſcere ſibi videantur. —

Borckius me multum amat, ſed ſuo mi-
ſer onere, ut qui totus Principi inviſus atque
ab omni actione excluſus, cum ingratos reddit
amicos, tum nulla re juvare poteſt. Vir ſane
candidus & Deum reverens, ſed ob indignam
ſortem ſuam impatientior & *quam Heri natura
ferat, dicacior, importunus & moleſtus magi-
ſter & hoc infeliciſſimus, quod nec tolerari nec
abigi poteſt*, ab omnibus facultatibus exutus,
& quadra tantum herili vitam ſenilem ſuſti-
nens, miſerabile ſane fortunæ ludibrium, quod
cum intueor, omnes meas adverſitates & ve-
xationes mitius fero, ſed & illum ad Chriſtia-
nam tranquillitatem animi erigo, cui ab omni
actu vacatione conceſſa conſcientiæ maxima
libertas & innocentia ſit, tum victus (qui dif-
ficillimus hodie quam plurimis) certus & pa-

ratus,

Digitized by Google

ratus, otium ſactis aperiendi, contubernium amicorum, cetera vero incommoda, quæ ut interdum admittat atque agnoſcat, tamen, cum ad pudendam ſuam mendicitatem reſpicit, ringitur.

14. 21. Nov. 1640.

— Ad importunas noſtras vociferationes & velut jurgia fatigatus, an excitatus Princeps, collationem inſtituit ex omnibus Curiæ ordinibus, qui rebus ſtipendii collapſis & miniſterii anguſtiſſimi ſuccurreretur. Dictis ſententiis, quæ mirum dictu cordatiores nonnullorum Politicorum, quam noſtrorum, *qui fratrum cauſam prodere, quam Principem offendere maluerunt*, fuere, tandem concluſum: Sacra nobis ſubducta redduntor; Princeps ipſe ſtipendium 50. alumnorum alitor, miniſtris ſalarium ex publico ſolvitor; Cenſura contra luxum, venerem, blasphemias &c. ſine venia inſtituitor, inutiles expenſæ contrahuntor; Aulæ familia corrigitor, quæ magis in admonitionem quam cum ſpe ſucceſſus addita.

* * *

Auch hier verdient die Erzehlung aus des ſeel. Manns Lebens-Beſchreibung nachgeholt zu werden, weil ſie theils in das warme, um das

Digitized by Google

Beste seines Vaterlands und der Kirche ringende patriotische Herz des würdigen Manns hineinsehen läßt, theils ein Raisonnement des Hn. Spittlers *) berichtigt und anschaulich darthut: Daß es weder von dem guten Willen des Herzogs noch seiner Rathgeber so lediglich abgehangen habe, in den Magen des Staats alle Closter-Güter nach und nach verschlingen zu machen, sondern daß die Geheime Räthe, welche schon damahls waren, was sie leider! fast überall noch sind, Diener des Fürsten und nicht seines Landes, alles mögliche gethan haben, zu nehmen, was sie konnten, zu behalten, so viel sie vermochten, die Zusage ihres Herrn zu verstümmeln und zu verdrehen, und so wenig, als sich nur thun ließe, zu erfüllen, ja daß sie am liebsten alles an sich gerissen und übern Haufen geworfen hätten, wann nicht Land-Stände und Consistorium vor Einen Mann gestanden und jene Ahitophels vor einer neuen Enzlinischen Scene schwindeln gemacht hätten. Wenn also Herr Spittler sagt: „Hätte Eberhard Despoten-Absichten gehabt oder haben können, die Ausführung würde damahls leichter gewesen seyn, als zu seines Groß-Vaters Zeiten; „ so darf man für die vortrefliche Kirchen-Verfassung

*) L. c. S. 275.

Digitized by Google

dieſes herrlichen deutſchen Landes den treuen Wunſch beyfügen: Daß das bedeutungsvolle: haben können, zu keiner Zeit in weißagende Erfüllung gehe.

Doch zur Erzehlung ſelbſt: Interea, ſagt der gute Mann, nihil eſt omiſſum, quod vel ad formandas vel ſublevandas aut reformandas res Eccleſiæ faceret, cui fini Synodus per ſexennium intermiſſa, magno niſu impetrata, quæ cœpit 26. Aug. erectis animis, deſiitque dejectis 11. Sept. & in ſpongiam incidit, ſcilicet *in capitis dolore medicina pedibus adhibita.* Paulo ante, cum *Princeps male conſultus* manum bonis eccleſiaſticis ſub novalium nomine injiceret, interceſſit *Conſiſtorium*, & petito ad 6. Julii Principis colloquio, quo cum conſcientiæ periculo & Dei anathemate hæc res conjuncta, ac quam a Principum Anteceſſorum ſanctis, teſtamentis ac publicis proteſtationibus aliena eſſet, prolixe oſtendit, ad quæ *perbenigne* Princeps reſpondit, teſtatus, nequaquam hoc fraudi Eccleſiæ fore, *quod idem Conſiliarii ſecretiores, lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide confirmarunt, artibus tamen Curiæ & harpyiarum ingluvie effectum eſt, ut vix dimidia pars prædæ quaſi dono & gratia ad Eccleſiam redierit*, unde ea

Digitized by Google

ſecuta eſt redituum ſacrorum anguſtia, ut per univerſum Würtembergiæ agrum non præter ſesqui menſtruum ſtipendium ſuppetierit, niſi quibus vel ſtipe aliena agricolatione ſua paulo liberalius vivere licuit, *cum interim equiſonibus, ludionibus, gulonibus, venatoribus, & id genus aliis unde luxuriarentur, abunde eſſet.* Qua de re cum iterum 26. Julii interpellaremus, & Melchior *Nicolai*, Theologus, de alendo miniſterio diſſertationem publicam contuliſſet, bilem movimus, iniquitatis inſtrumentis ludibrium facti. Sed nec hoc abſterriti *importunis precibus & verbi divini minis* obtinuimus, ut *communi omnium ordinum Curiæ* rationes ſublevandi miniſterii & reſtituendi illuſtris Stipendii inirentur, quæ collatio ad 9. & 14. Novembris inſtituta 12. articulis cum *Principi tum Provincialibus Ordinibus comitia agentibus* expeditam profecto & Deo gratam ſuſtinendæ rei eccleſiaſticæ viam ſuppeditavit, quæ *in ſpeciem accepta*, ſed mox trium legionum hybernis ingruentibus everſa, haud dubie ſolutæ fidei tacita voluptate prædones Chriſti perfudit, nobis vero heu quantum niſus, laboris & tædii quantum, ſed & ſpei ac pollicitationum periit, ac imprimis pacis Ratisbonæ reducendæ fama evanuit, quod ad

Digitized by Google

tribunal Christi referimus. Cætera parum rei ecclesiasticæ est consultum, contumacibus factis ipsis Pseudo-Ministris & lascivientibus, quasi inopia omne honestatis & decori vinculum solveret. — *Credi non potest, quam trepide admittat Politica ratio masculam veritatis professionem. O Virtus Germana! o Heroes confessores! Tuque Christophore Princeps! quondam noster, quantum a nobis recessistis?*

15. — — 1640.

Zapfius cum *Sauberto* vel rectius cum larva sua mascule depugnat. Quod idem in *Osiandri* contra *Arndium* invectiva animadverti, imo in me ipso magno meo dolore sum expertus, ut qui necquicquam fide orthodoxiana corde, ore, opere, stilo, octoginta collegiis, aliquot mille auditoriis, ministeriique vicennio contestatus, ejusque antithesin per species & individua detestatus. — Ego libenter hasce excitationes admitto, quæ invalescenti Epicureismo obicem ponant, pœnitentiæ studium acuant, veternum multis heu mercenariis excutiant, mores ad honestatem forment, carnis licentiam coërceant, Confessioni denique Christianæ professionem conjungant.

Digitized by Google

16. Stuttgardiæ 31. Jan. 1641.

— Quæ de Gloneri nævis prodidisti, dolori mihi maximo fuere. Adeo nihil est in fronte solidi. *Rari* tamen *poetæ*, *constantis fidei*, *ut*, *qui verba in numerato habent*, *pectusque ut plurimum venale*, sed quia resipuit, tegamus, quod terra jam tegit, & ipsi. *Cronneccius* Aulæ translatæ & hinc malorum comes est. *Borvis* frenum mordet, salutemque Tibi per me (fortassis & ipse) nunciat.

17. Stuttgardiæ. 1641.

— Quæ a multis bonis in patria jactata sunt reædificationis fundamenta, ea nova calamitatis ex hybernis stativis inundatio iterum evertit, & magno torrente abstulit, *haud obscuro politicorum risu*, *qui se magno defunctos esse periculo rati*, *in sinu gaudent*, *& nova res nostras devastandi ratione mascule utuntur*.

18. Stuttgardiæ 13. Maj. 1641.

— Hæc omnia ac si atrociora immittat Deus in nos, flagitiosissimis moribus provocamus, qui ejurato omni pudore & profligata conscientia, libidine, commessationibus, luxu, usuris, dejerationibus, sacrilegiis, juris

Digitized by Google

ordinisque everſione mutuum certamus, haud aliter, ac cum Balſazaro ultimam noctem habituri & periodi noſtræ tragicum colophonem addituri, quod omen clementiſſimus Deus avertat. Ego ſane ingenti pectoris trepidatione adſto, Eccleſiæ Leſſum muſſitans, & quaſi in brevi demergenda nave ad ſubeundum lethum me parans & obfirmans.

19. 17. Auguſti 1641.

— Hiſce Tubingam meam diebus reviſi, vah! quam aliam ab ea, quam olim fuit, viſa tamen eſt mihi repullulaſcere, fide ac ſtudio potiſſimum D. Nicolai, qui ſuam ſtationem egregie ac cum dignitate tuetur. Serpunt tamen inter ipſas Profeſſorum reliquias ſimultates occultæ & inteſtina odia, quæ niſi remedium adhibeatur, ægrum jam ante hoc corpus conficient. Theologi alumni numero 50. ſub liberaliore cultura & victu in novam ſpem Eccleſiæ floreſcunt & Academiæ jam maximam partem faciunt, in quo uno ego (abſit jactantia) ambitioſe triumpho, qui importunis precibus prope unus ac *cum invidia hos palmites Principi extorſi, qui præ ſe facilis quidem, Aulæ tamen lentore & fiſci viſco tenebatur.*

Digitized by Google

20. 11. Octob. 1641.

— Noluit consentire tum Princeps meus, ut alibi quam in sua Academia Doctoris gradum acciperem. Ego vero, cui cum D. *Thummio*, impotente illo viro, & nostræ Theologiæ primo vitiatore, non satis conveniebat, atque is etiam D. *Osiandrum*, cætera satis amicum, alieniorem reddiderat, horum ludibrio me exponere nolui. Unde factum, ut cum Lipsia per Polycarpum Lyserum & Altorfium adnitente Sauberto idem offerrent, semper mihi livor Thummii, Principis interdicto adjutus, obex fuerit. Nunc rebus mutatis & Academiæ Tubingensis calamitosis, meis vero privatis eversis, nihil erat, quod ad hanc cogitationem animum attenderem, maxime in hac officii statione, quæ ex inani titulo honoris nullam, oneris vero accessionem maximam accipere potest. At meministi, quam in accessu hujus muneris obliquis & repentibus sugillationibus sim petitus, quasi Weigelianis portentis faverem, *dum causam Christi serio agi & doctrinæ vitæque Christianæ connubium insolubile servatum volo;* quam fabulam agere etiam And. *Faber* Stuttgard. Specialis virulenter ausus est, susurris suis aulam & curiam non levi calumniæ profectu

Digitized by Google

pervagatus. Cum ergo Melch. *Nicolai*, integerrimus Theologus, vehementer ad me contenderet, ut familiæ meæ flacceſcenti poſt avum & patrem hoc axiomatis Theologici decus inferrem, Princesque herus meus id admodum probaret & munificentiam ſuam ultro offerret, conſenſi tandem, magis ut publicum innocentiæ meæ teſtimonium ederem, quam honoris ullius licitatione mihi imponerem.

21. 23. Nov. 1641.

— Hoc ſane conſtat, una ſponſaliorum Marchionis Onoldini cum Mompelgardenſi Principe, feſtivitate noſtra ſeptiduo plus effuſum eſſe, quam integro ſemeſtri, artium ſubulariarum ex intimo Euclionis penu depromtarum fruſtillatione farciri iterum queat. *Hircum nempe mulgemus & cribrum ſupponimus.* — En rationes ſaginæ meæ, qua *in Aulæ ſtrepitu in quadriennium vixi, nempe ſplendide eſurivi, interim inverſo magnificat: Divites implevit bonis, & eſurientes dimiſit inanes.*

22. Stuttgardiæ. Innocentium die 1641.

Donhaueri eruditionem profundam & ingenii amœnitatem admiratus ſum ſemper & inter amicos collaudavi.

Digitized by Google

De *Glonero* iterum repeto, nullum apud me ſuæ perfidiæ indicium extare, adeo callide Lutheranum, Tuique obſervantiſſimum ſimulavit, ut etiam nonnullos reporis & ſyncretismi labe adſpergeret. Quod utinam ex literis ipſis coram conſpiceres. S. L. habeat ſibi infamiam ſuam, diſcantque omnes verſipelles, quantum inter erectam lubricamque fidem, cordisque latebras & candorem interſit; cum ne tempus quidem ac perbreve occulere & tolerare verſutiam nolit, tantum abeſt externus oculus excuſare poſſit.

Mochelii noſtri, Viri mihi ab incunabulis propemodum & ob præclaras animi dotes probatiſſimi, immaturum obitum ex animo doleo. Utinam vero non Eccleſiam noſtram atrociſſimo vulnere afflixiſſet, a quo neſcio, an ullo poſt tempore revaleſcet. Indignum ſane meritorum ſuorum in Principem & pietatis in patriam pretium tulit, dum affinem ſuum, flagitioſiſſimum hominem, indemnem ab omni cum civili tum eccleſiaſtica correctione voluit & præſtitit, quem nunc ſeverrimus judex miſerrimo plane mortis genere peremit, ut oſtenderet, ſe nolle rideri, & ſi terrenis indulgeat, ſatis pœnarum cœlo ſupereſſe. Reſipuit homo miſer inter flagella Dei & ſerio, ni fallor, pœnitentiam egit.

Digitized by Google

Censura vero nostra Ecclesiastica, difficillimo nostro labore fata, in herba Politico hoc aquilone exusta est, cujus culpæ imprudentiam vel mollitiem quam vellem Mochelio meo exprobrare in faciem licuisset, ne quod ingens malum Ecclesiæ (cui favere visus est) ex privata charitate intulit, publico aliquo beneficio, facti pœnitens, emendasset atque expendisset. Sed requiescat in pace & non ultra hominem fuisse, nos suo exemplo edoceat.

— Politicorum retia satis sunt insidiosa & lubrica. — Norimbergæ Philippus imperium verbis olim tenuit, extruso Luthero. Hic utcunque successu temporis arduoque nisu receptus est a majore parte, Philippo apud potentiores delitescente. Vos quæso periclitante Luthero, quem nitedulæ Philippicæ petunt, succurite, saltem agonizanti *Sauberto* animum & vires suffundite. Illustris sororum & gratiarum triga amantissime resalutat, jussitque Antonia Princeps suo nomini adscribi, se extra ordinem salutare: Ihren Doctor Schmiden, der ihr eigen seye und verbleiben solle.

23. 19. Mart. 1642.

— Res Ecclesiasticæ nostræ nihilo melius habent, *hinc a Despoti-Kyriis illinc a*

Digitized by Google

Pseudo-Prophetis prodita. Sperabamus lucem & ecce tenebræ Aegyptiacæ.

* * *

Um diese räthselhafte Stelle zu verstehen, muß aus der Würtembergischen Landes-Geschichte angeführt werden, daß gegen Ende des Jahrs 1641. Herzog Eberhard III. den Sohn des berühmten Kaiserl. Raths und Reichs-Pfenningmeisters, Zacharias Geizkoflers, Ferdinanden, zum Statthalter des ganzen Landes ernennet und den 12. Nov. mit vieler Feyerlichkeit offentlich vorstellen lassen. Dem gemeinen Mann wurde weiß gemacht, daß er umsonst dienen werde, die gescheutere muthmaßten aber früh genug: wie theuer dieses Umsonst dem Land zu stehen kommen werde. Den Anfang seiner Reforme machte er damit, daß die alte biedere Ministers und sämtliche Geistliche von der fürstlichen Tafel ausgeschlossen worden, unter dem Vorwand der Ersparniß und Einschränkung, in der That selbst aber, um der beschwerlichen Aufseher und Tadler los werden und desto ungestörter schwelgen zu können, indem Verschwendung und Ueppigkeit just um diese Zeit mehrers überhand nahmen. Die Freunde und Vorsprecher dieses Manns fanden auch bald genug Ursache, seine Herrschsucht zu

Digitized by Google

empfinden und ihrer Empfehlung sich gereuen zu lassen. Crevit interea, sind die eigene Worte des seel. Andreä, Pro-Principis Dominatus, qui legum, jurium, immunitatum, consuetudinum pactorumque in sacra para atque profana cuncta instar factus est, ringentibus, quorum facilitate esset admissus, mordentibus frænum, quos pridem summi natales aut amplæ fortunæ, aut paulo ante pares propo dignitates a servitute exemerant.

Das gröste Glück, was dem rechtschaffenen Mann dabey zu Theil wurde, war die Entledigung von seiner Hof-Prediger-Stelle. Mihi, schreibt er, quadra mea vivere & ab aulæ ministerio liberari, lautitiarum negligenti & servilis officii impatienti plane optatum accidit 11. Nov. ut qui id temporis, quod aula depaviſſet, in magis seria & Ecclesiæ proficua convertendum judicavi.

Daß ein abgedankter Hof-Prediger und ein abgesezter Minister bey ihrem Abschied von Hof einerley Schicksal zu gewarten haben, versiegelt er noch mit den Worten: Amicos, dum hic sum ex Aula & Curia, nemo a me requirat, ubi Amicorum plena sunt omnia, sed eorum, qui blanditiis pleni, veris officiis ultimi sunt.

Digitized by Google

Uebrigens währte die Geizigkoflerische Statthalterschaft nur bis ins Jahr 1646., allwo Andreä in seiner Lebens-Beschreibung meldet: Pro-Dux Geizigkoflerus invidiose munere 2. April. se sponte abdicavit, vir magni ingenii & industriæ, sed varius, ac proinde nunc æquus nunc iniquus, qui tamen res Ecclesiæ parum, cum voluit, juvit ac demum acerbam sui memoriam post se reliquit.

24. 10. April. 1642.

Tua amicitia, Deum testor, magis quam maximi hujus terræ satrapæ, glorior. — Volo autem his scriptionibus testatum, me nondum animum abjeciſſe, sed sortis propheticæ & apostolicæ certum, vitæ, quicquid est reliquum, impendere causæ Christianæ decreviſſe. — *Sauberto Bajerus* individuus ac prope in populosissima urbe Noriberga unicus amicus probatissimus est. — Non mihi unquam in terris visus hujus sortis & fortunæ vir, qui socia pietate & exquisita vitæ custodia huic antecelluerit.

25. 19. Julii 1642.

— Quod unum in omni vita & tot luctis meis contendi, scilicet combinationem Chri-

Digitized by Google

stianæ confessionis & professionem mihi desideratam, hoc etiam privato molimine ostenderem. Nam cum semper mihi Satan fanaticismi imputationem oppederet, satis quidem fuit in publica luce innocentiam prostare, apud intimos tamen maculas hinc inde aspersas detergere non inconveniens aut semper vacuum fuit. — *Borckius* noster pessime habet & Aula turpiter ejectus, nec sua præfectura (quæ Calva & Philocellis est) receptus, morbo nempe repente correptus, ex animi ægritudine haud dubie concepto, cum quo per mensem circiter dubia vita luctatur.

26. 8. Junii 1644.

— De animi tui contra livorem & calumniam, bestias mihi quam notissimas, præsentia & in opere Dominico immobili constantia vel imprimis gratulor, quæ una res, cum reales a verbalibus discernit, tum magnos tandem vincente innocentia & officii facti rectitudine, facit & pronuntiat, *nec memini unquam Heroa, hoc est fidelem Dei servum & martyrem, absque his pedissequis emersisse.* Quantum enim hæ deprimunt & retrahunt, tantum spiritus Domini protrudit & preces piorum sublevant, quod tuis quidem luctis inferior

Digitized by Google

non tamen opinor plane dissimilis, palam sum atque a puero propemodum expertus. — De *Berneggero* tamen melius speraſſem, cujus etsi lubriciratem & *religionem ambulatoriam* Beſoldinæ plane ſimilem, jam ante novi, hominemque gentilibus ſtudiis penitus abreptum & mancipatum dolui, animi tamen malignitatem nonniſi ex hoc, quod narraſti, facinore unquam deprehendi. Sed habent vocabularii iſti hoc peculiare, ubi ſibi in omnes etiam optimos virgulam cenſoriam ſumant, quos ego vel vitandos vel deliniendos potius, quam irritandos, mordaciſſimum & virulentum genus hominum ſemper cenſui. — *Mihi Fratrum lenitas an ſocordia, pavor an vecordia, facilis an venalis mens plurimum officit, & rem Eccleſiæ peſſundat. — De Aula noſtra nolo quicquam ſcribere, quod citra infamiam noſtram vix queam.*

* * *

Von dem Jahr 1643. finden ſich keine von dem ſeel. Mann an ſeinen Straßburger Freund erlaſſene Briefe; in ſeiner Lebens-Beſchreibung fangen aber mit dem Jahr 1644. auch neue Klagen an, von welchen zur Erläuterung verſchiedener Stellen dieſes Briefs folgende Auszüge dienen können.

Erſtlich

Erstlich beklagt er die in dem Consistorio eingeriſſende Simonie, Verwilderung und Achſelträgerey: Domi, ſagt er, pro loci genio & lentore omnia impedita & ſuſpenſa hærere, ſacro Conſilio Simoniæ vitiis, contra quæ 2. Jan. ſolenni proteſtatione inſurrexi, & politico typho, quem & ipſum 15. Mart. impetii, laborante, quibus hæc lemmata octo oppoſui:

1. Simonia domeſtica exeſto.
2. Currentes & ambitores abiguntor.
3. Suffragiorum libertas relinquitor.
4. Plura ſententiam ferunto.
5. Diſſentire citra injuriam permittitor.
6. Uni, ſolvere ſententiam, fas non eſto.
7. Diverſarum pari numero ſententiarum optio Principi deferror.
8. Frivola colloquia, ſcommata & jurgia intermittuntor.

Præterea ubi eſt { Dominatus / Nulla Vocatio / Temulentia } ibi nullum eſt { Collegium / Conſiſtorium / Collegium. }

Ergo: Ubi nullum Collegium, Conſiſtorium, Collegium, ibi ego intereſſe non poſſum.

Digitized by Google

Bey einer andern Gelegenheit schildert er den damaligen Zustand so:

Vespasiani Nundinatio — Sejani Participatio,
Adyti Dominatio — Curiæ Altercatio,
Aræ Exaninitio — Aratri Exsuctio,
Legum Annihilatio — Damni Extenuatio,
Melior Præsumtio — Confusionis Continuatio,
Populi Abalienatio — Publici Status

est

Destructio.

27. 17. Jan. 1645.

— Sorti tuæ indignæ condolerem, nisi injuriam Christi arbitrarer, tam nobiles luctas & paratas victorias Tibi invidere. Is Te militiæ suæ antesignanum fecit, præclaris adoreis post vulnera mactandum. *Saubertus* meus a *Dillhero*, quem sinu fovit, oppressus corporis & animi animam agit, dudumque ingrata patria exivisset, si per afflictissimam valetudinem liceret. Ego post multas tempestates Christo halcyonia habeo, *Consistorio nostro & auctiore & concinniore & consonantiore & religiosiore effectu.*

28. Stuttgardiæ 2. Octobr. 1645.

— Scis enim tute, quid rectis & cordatis consiliis collegæ sæpe unius tepor, simultas,

Digitized by Google

livor aut proditio officiat, quantum roboris & facilitatis concors unius consensus & opera afferre possit. — Hanc Camerinam Politici moveri vellent, ut pedum nobis facilius eripiant; tutius enimvero est hoc manu tenere eoque uti, quam de eo cum insidiatoribus Politicis, *quibus jura fingere & refingere ludus est*, & ob id frænum Ecclesiæ intolerabile, luctari & contendere. Ergo vult, ut gladiatorem vestrum *Dorschæum* provocemus & irritemus, id quod tuæ potius prudentiæ relinquero, quicquid jam diu machinentur contra Ecclesiam Reipublicæ liberæ, ut Monarchas etiam animi impotentia superent, nescire non potes.

29. 24. Julii 1645.

— Me morbus cachexiæ jam per semestre difficillimus tenuit, cui abigendo acidulas Tainacenses adhibui, nullo cum fructu, domum rediens lapsu equi genu sinistrum graviter afflixi, ex quo inter acutissimos dolores domi decubui. Heri demum post decimam septimam ad officium redii. — *Eo audaciæ progressi sunt nostri Apapii, ut statuerent in Principis manu tanquam Episcopi esse, Ecclesiastica munia per politicos præficere, Ecclesiæ*

Digitized by Google

vero administrationem & jura, tanquam arbitraria & beneficio concessa, tota tollere, sed restitit mascule Produx, testatus, nec nostri nec ullius Principis harmoniam totius Evangelici corporis consensu receptam, solvere.

* * *

Vom Jahr 1646. finden sich abermahls keine Briefe, hingegen in der Lebens-Beschreibung häufige Spuren des tiefen Kummers und des sehnlichen Verlangens, bey dem unheilbar geglaubten Zustand der Kirche und des Vaterlands ausgespannt und zu einem verdient geglaubten Feyerabend entlassen zu werden. In dieser trüben Gemüths-Fassung schreibt er unter anderm: Utinam, quam indefessum animum nullisque periculis infractum ad restituendas res Ecclesiæ attuli, tam ejus profectum vel jam experiri, vel sperare posthac per eos licuisset, *qui unice hanc operam dederunt, ne quid recte fieret unquam, aut male non fieret, dummodo auctoritatis suæ & commodorum simulacra, cetera nudi & egeni, sarta tectaque conservarent*, cujus profecto pœnas Deo, infamiam vero posteritati debebunt. Ego rerum confusissimarum & turpissimi mancipatus tædio affectus,

Digitized by Google

ingraveſcente inſuper animi morbo, abjecta rerum corrigendarum ſpe, in hoc totus incubui, ut honeſtam ab officio miſſionem impetrarem ac porro liberius Deo mihique viverem. Movebant tot egregia laudatiſſimorum ex omni hominum ordine virorum exempla, qui coronas, tiaras, infulas, ſceptra, faſces, trabeas, purpuram, pedum, pulpita, gazas, & quicquid humanæ pompæ & phalerarum eſt, ſponte ſua generoſiſſime poſuiſſent, ut religioni, tranquillitati, contemplationi, lectioni vacarent & poſt tot laborioſæ vitæ annos vivere demum vel ſcirent vel diſcerent. Videbar mihi hoc debere, emeritis jam ſtipendiis, profligata ætate, cum effœto corpuſculo meo, tum deficienti memoriæ, ac vacillantibus animi viribus, debere ei, quæ circa me eſt, agnatorum, amicorum, commilitonum & familiarum ſolitudini quondam numeroſiſſimorum, debere ſenio meo, jam viſendis audiendisque, nedum tractandis vanitatibus & humanis ludibriis ſature & nauſeanti, debere perſonæ, quam per tot actus fabulæ terrenæ non indecenter quondam egerim, mutata ſcena ſubrancidæ, exoletæ & inviſæ, debere indulgentiſſimi heri mei Auguſti Prin-

Digitized by Google

cipis *) munificentiæ, per quam nec fames mihi, nec infamia metuenda esset, ut ab iis secederem, quibus jam antea exosus, onerique & ad mala peragenda impedimento essem.

Itaque Patriæ Principem semper benignissimum & æquissimum mihi adii, ec si nondum plenam eam, tamen liberalem missionem Rescripto impetravi 3. Aug. semper mihi fatali, ut, quantum per vires liceret, sacris sermonibus in Aula defungere, a Curiæ vero curis & consiliis, quoties ægritudo poscæret, abessem, monitis saltem piis & salubribus non deessem, quod etsi in præsens mihi levamento contigit, quin tamen ad scopum animo meo fixum pertingam, atque in plenam libertatem sine torpido otio me asseram, pertentare nunquam desinam, ne sub onere jam fatiscens vivere citius, quam incipiam, desinam, nec segnem proinde vitam agam; inveniam cum Deo, quemadmodum plus mea quies profit, quam aliorum discursus & sudor.

Ubi invidia opprimit virtutes, ecquis neget, honestum esse secessum? Ubi corruptior

*) Herzog August von Braunschweig, dessen würklicher und besoldeter Kirchen-Rath der seel. Andreä vom Hause aus war.

Digitized by Google

respublica est, quam ut adjuvari possit, quis operam emeriti senis requirat? Ubi provehendis bonis arcendisque malis, cum illis virtus fraudi, his scelus pretio est, reliquus locus nullus, frustra niti nonne insaniæ species est? Ubi favor omnis privatim absorbetur, invidia publica in socium rejicitur, quis soticarius esse solus amet? Ubi profectus Ecclesiæ nulla cura, damnorum sensus vix ullus, futilium perpetuum colluctamen est, an nomen suum commodare bonus quisquam velit? Ubi segetes Christi neglecta lolium triste excolitur, quam messem fidus agri dominici colonus expectet? Hoc ergo in ore & corde regii Psaltis identidem est: Desiste a me, ut recreem me, antequam abeam, nunquam ad hanc vitam reversurus.

30. d. 12. Sept. 1647.

Incidi nuper in libellum *Moscheroschi*, Parentum curam inscriptum tibique dicatum, quo nihil legi jam a longo tempore magis ex intimo meo sensu scriptum, quicquid alii, qui in munitis urbibus torpent, extra teli jactum fortassis rideant. Multa talia cum ipse in Lustris ferarum latitarem, animo mihi concepta sunt, nunquam tamen prodita, quæ ille feli-

Digitized by Google

citer expressit, quo nomine ipsi multum debeo, ac si etiamnum vivit, referre gratiam gestio, & amicitiam meam, cum ex ingenii elegantioris documentis jam dudum æstimatim, si non ingrata, offero.

— Noriberga, nisi Antistitum cura fulciretur, jam dudum in chaos sectarum omnium, nedum Calvinianum lutum, corruisset. — Vellem etiam *Dannhauerus* vester, Vir sane doctissimus, circumspectius in præfatione suæ Christeidis *Principes Ecclesiæ Judices* pronuntiasset, non quod omne iis judicium denegem, sed quia hoc ipsum larvati Sub-Principes latissime extendunt & *in Papatum alterum* non minus Christo injurium & Ecclesiæ intolerabilem deformant.

* * *

Um diese leztere Stelle zu verstehen, muß aus des seel. Manns geschriebenen Lebens-Beschreibung nachgeholt werden, was er von denen um diese Zeit allmählig behaupteten Bischöflichen Rechten der Evangelischen Landesherren und daher angemaßten Dispensations-Rechten in Kirchen-Polizey-Fällen meldet: Non fuit immunis hic annus ab ictibus serpentinis calcaneo Christi insidiantibus, repente tum in Aulis tum re-

buspublicis nescio quo Episcopatu Constantiniano, *novum aliquem Anti-Christum Pseudo-Evangelicum parturiente.* Nam cum vixdum insigniorum delictorum publica deprecatio instituta esset, politicis artibus, ut venalis venialisque iis, quibus nummi essent, etiam vana hominibus ea fieret, tentatum est. Quod cum pro officio esset dissuasum, tum intumescere coluber, & absolutum in Ecclesiam imperium jactare eversionem etiam jurium immunitatumque ejus minitari, de quibus Christus ipse viderit. Ex hæc præludia sunt nostræ in Christum voluntatis, officii & gratitudinis, dum de recuperandis bonis ecclesiasticis tanto nisu, impendio & tempore Monasterii & Osnabrugo laboratur, ut, dum iis caremus, cum fame & infamia conflictandum ejus ministris, receptis vero sub imporenti dominatu nova tristisque servitus metuenda sit.

Wie schwer übrigens der ganze Stuttgardter Himmel den so sehr nach Ruhe und Erlösung seufzenden Mann gedrückt und das bisherige Schwarzsehen sich zuletzt in würkliche Galle verwandelt habe, davon kann, statt aller andern, folgende starke Stelle Zeugniß geben: Novennium jam mihi Stuttgardiæ servilitèr exactum, quo,

Digitized by Google

quam unquam alias in tota vita mea nec uspiam alibi directionem minus directam, consilium minus consultum, societatem minus socialem, religionem minus religentem, regulam minus regularem, pretium minus pretiosum, amicitiam minus amicam & operam meam minus operantem fuerim expertus & perpessus, quo etiam toto tempore nec quenquam bene meritum suffragio meo Ecclesiæ admovere, nec facinorosum ullum criminis sui indicio meo arcere mihi fuerit concessum.

31. Stuttgardiæ 7. Julii 1648.

— Notæ mihi sunt fori artes, nec opus est a vobis exemplum petere, cum domi nascantur fortassis atrociora. *Jam diu enim & cum experimento didici, ut religione nihil profanius & medicina nihil insalubrius, ita justitia nihil est iniquius.*

— *Boeclerus* si albus non sit fateor, plurimum mihi imposuit, sed & hic amorem Tui & æstimationem jactat, quo visco facilior capior. — Nuper *Comenius*, cum quo olim mihi literarum reciprocatio fuit, ad pristinum officium me revocavit, ego vero me excusavi cum senii, tum invaletudinis languore, quod idem aliis interpellantibus haud paucis reposui.

Digitized by Google

32. Stuttgardiæ 17. Sept. 1648.

— P. ex Pædagogo Satrapas factus. — Talium nugarum, quas eruditionis nomine venditant, jam dudum ſatus, hoc genus hominum ſemipaganum, imo bis paganum abhorreo; quam enim non colluviem impietatis, lutulentiam gentilitatis, monſtra verborum rebus ſacris, odis & numeris germanis, vernaculæque linguæ ſub illa Fructifera, verius Mortifera, ſocietate inferunt. — Id vero a me ſacroſancta fide aſſertum Tibique plane perſuaſum velim, in iis, quæ contra corruptelas Academicas & Eccleſiaſticas ad me ſcripſiſti, nihil eſſe Tecum me conſonantius, nihil etiam in ſuſtinenda ob id invidia ſimilius, nihil etiam in lucta contra jam tot annis necquicquam continuata combinatius, adeo ut dum in Te intuear, mihi quaſi placeam. Certe inter angores, fatigationes & tædia lubricorum amicorum, ingratorum clientum, perditorum diſcipulorum, venenatarum linguarum, corruptiſſimorumque ſeculi, ſuavem aliquam auram ſpirare ex Te, unde reſpirem & denuo inſiſtam, mihi videat, tanto efficacius, quanto altiore Te loco Deus quam me repoſuit, majoreque pondere negotiorum oneravit, cui

Digitized by Google

ut quam diutiſſime ſuſtinendo & ornando par ſis, toto pectore precor.

33. Stuttgardiæ 25. Jan. 1649.

— Quo magis vitandi mihi ſunt Verbales illi, qui ſub larva eruditionis toxica ſpirant, & rem literariam, quam ornatum eum, turpiter inquinant, Satanæque non Chriſti regnum parant. Utinam vero Tibi coram adeſſe vel peranticum diem liceret atque explicare, *quæ nova tempeſtas Eccleſiæ noſtræ Würtembergicæ immineat a Politico ſpiritu, qui totus in eo eſt, ut, quæ ex captivitate Monachali erepta videbatur ad Monarchalem detrudatur, totæque libidini ſuæ & ingluviei ſerviat.* — Sed deſino lamentari. Hoc potius agamus, ut in Dei opera intenti, quibus res humanæ & aguntur & retroaguntur, in ſtatione noſtra firmi perſiſtamus, certi ſuum quemque præmium ſecundum fidem & opus ſecuturum.

34. — 1649.

— Vivit tamen Chriſtus & Eccleſiæ ſuæ ſupereſt. Nos agamus, quod noſtrum eſt, & patiamur, dum potiamur. *Vale in Domino Jeſu contra Dominum mundi Politicum.*

Digitized by Google

35. — 1649.

— Te facile receptum apud nos inveniet, *qui Cretas Arabesque sine discrimine admittimus.* — *Christus apud nos est in manibus Pilati.* — Cynosuram meam recudi curavi, ut cœcis nostris vel luscis esset in tenebris pro lucerna. — *Res nostræ Ecclesiasticæ antiquum tenent, & ad Politicorum jam sub pace absolutum Imperium dejectæ.*

36. — 1649.

— *In sylva nostra jam non fructus ex arboribus, sed fungi e terra nascuntur, nec viros amplius gignit hoc solum, sed pumiliones.*

37. — 1650.

— Apap (Cæsaro-Papia) imperat, nescio an unquam posthac Ecclesiæ nostræ solio dejiciendus, & nos confecti belli scilicet hæc opima spolia legimus. — *Mihi liceat Patriæ funus in sinu lugere, cum in publicis exequiis scenæ potius inserviendum sit, quam dolorem ostendere liceat.*

38. — 1650.

— Nobis subinde alii atque ex Papalibus se insinuant, sunt tamen nobis & oneri &

Digitized by Google

sumtui, & cum saginæ sint in antris suis assueti, nostra jejunia fastidiunt, & ad opima quævis importune contendunt. — Ego abitum hinc paro, in secessum Monasterialem me abditurus, ubi vel rarius audire & videre, quæ nolis, liceat. — *Non tamen nescio, invidiam in Aulis nasci, in claustris ali & in Xenodochiis demum sepeliri.*

39. — 1650.

— Proselytas non facile posthac vobis obtrudemus, cum quotidianis fere exemplis edocti, cavendos hujusmodi errones, vel astu vel fastu vel æstu fortasse sedibus suis enactos, minimeque recipiendos, nedum aliorum pietati & liberalitati insinuandos esse, qua in parte Augustanos & Ulmenses inciviliores sumus experti. Lusus vero hic Satanæ est, ut dum impostoribus succensemus, minus caleamus ad liberandos eos, qui in Babylonicis vinculis & carceribus ingemiscunt, tandemque duritie & diffidentia nostra deserti desperantes contabescunt, quæ cogitatio mihi sæpe veternum excussit & faciliorem (quam forte par erat) adeuntibus & interpellantibus fecit. De Helmstadio quid boni sperem, non habeo. Quod si emplastrum politicum addatur, morbus ut ingravescat, metuo.

Digitized by Google

40. Bebenhuſæ 25. Octobr. 1650.

— Eccleſiæ noſtræ corrigendæ & reſtaurandæ rationes lente admodum progrediuntur, ſaragentibus Politicis, ut protrita & dejecta maneat, nec unquam (quaſi hinc metus) caput attollat & conniventibus iis, quorum commodo privato publica pereunt. Quod neſcio annon idem experiantur Respublicæ liberæ, quibus communis calamitas vires dedit Eccleſiam opprimendi & poſthac in obſequio habendi, quæ res dudum omnem & jurisdictionem & diſciplinam Eccleſiaſticam ſolvit. Sed recordemur, regnum Chriſti non eſſe terrenum & decretorio tandem die, qui quot & quales de Eccleſia fuerint, appariturum. Interim nos inter multiplices luctus obnitamur, certi, nihil ejus, quod bona fide egerimus, nobis interiturum.

41. Bebenhuſæ 10. Dec. 1650.

— *Curioſæ & inſidioſæ quæſtiones, opiniones periculoſæ, ſtilus indomitus & affectatus, antiquitatis & ſcholaſticæ Theologiæ prorigo & faſtidium reductæ per Lutherum ſimplicitatis, quin equum Trojanum inferant, ego quidem minime dubito; quem fortaſſis conducet Simon Politicus.* — Nec eſt, quod mutuos

Digitized by Google

queſtus irentidem reciprocemus, cum vel medendum ſit malo fortiter & ſapienter, vel, quod mutari non poteſt, patienter ferendum.

42. Bebenhuſæ 10. Jan. 1651.

— Gratularis mihi de eremo & fateret ſane me felicem, ſed & hic paravit Satan inſidias, ab ipſis collegis meis, nihili hominibus, qui me cum Helmſtadienſibus ſentire palam ſunt calumniati, adeo, ut mihi publica purgatione apud Principem opus fuerit; Conſiſtorio de mea innocentia & illorum malitia teſtimonium bona fide ferente. Ego namque nec *Calixti* novitates, nec *Homeji* de bonis operibus opinionem, unquam probavi, *rixas vero tam petulanter exercitas deteſtatus ſum ſemper*, & Principem Auguſtum, ut ſuos coerceret, hortatus ſerio & frequenter, conjicio ſemper Domino Rollero, Collega & Succeſſore meo, Vito integerrimo, nec tamen effugi, quin hi pædagogi mei, crudi homunciones, ſed magni ſupercilii, de me judicium ferrent, cujus pretium infamiam ac duram increpationem in Eccleſiæ foro tulerunt. Id quod Tibi omnino communicandum duxi, ut, ſi qua ſcintilla calumniæ hujus forte ad vos usque pervolet, ſcires luculentum eſſe mendacium

dacium & indignam mihi factam injuriam. Mihi religionis norma concordiæ formula est, cui immoriar, rejectis hujus sæculi, quibus luxuriatur, ſoccis. — Habes deliciarum mearum in erimo aliquod ſpecimen, quas mihi admiſcet Deus, ne hic torpeſcam & Satanam in deſerto tentantem Chriſtum ipſe in me experiar. Utinam vero detur mihi aliquando tecum jungi & quæ me coquant de Eccleſiæ vulneribus curæ, in ſinum fraternum effundere, ſed hæc reſerventur cœlis, ubi abſterget Dominus omnem lachrymam & luctus in gaudia convertet, quo ſolatio ego animam meam compono, toties præter omnem culpam & animi ſenſum, ab improbis & lividis jactatus, ſemper emerſus, quamvis non ſine plagis & vibricibus, quæ ſtigmata glorioſa aliquando in conſpectu Chriſti fore, confido.

* * *

Je mehr ſich der edle Mann ſeinem Ziel näherte, je ſchwärzer zogen ſich die Wolken über ſeinem müden Haupt zuſammen. Man kann ſich auch jezo, da längſt alle ſeine Thränen abgetrocknet ſind, der mitleidenden Theilnehmung nicht erwehren, wann er von dieſem Jahr in ſeiner lebens-

Digitized by Google

Beschreibung sagt: Ecquis vero imber lachrymarum satis eluat dolorem, quem ex metu calamitatis, posteritatis nostræ cervicibus incumbentis, merito concipimus, cui ex contagio ferrei, in quo vivimus, sæculi, triga malorum, *Atheismi*, *Barbariei* & *Servitutis* vi parentibus portis immittit, ut rebus quasi pacatis & restitutis internecino bello se involutam & religione juxta regioneque destitutam brevi sit visum, immani luxu intima viscera depascente. Inde tam faciles illustrium personarum crebræque ad Babylonem defectiones; intempestivæ acerbæ Theologorum rixæ, curiosæque velitationes, machinationes pro asserenda tyrannide. Unde Ecclesia in vinculis, ejusque bona sub hasta, patriæ mœnia dejecta, aggeres perfossi, septimentaque rupta, æs immane alienum superioris sæculi improbo luxu contractum in accisas & exuras nepotum reliquias devolutum, leges militares, formulæque forensium loco & exactiones diræ tum usuræ execrabiles atque nundinationes nocentissimæ palam immissæ, ut jam *de religione nostra Evangelica* sive *Lutherana* quid dicam, vel potius non dicam, invenire non sit facile, *cujus Theoria quidem limpidissima, praxis lutulentissima est, doctrina integerri-*

Digitized by Google

ma, vita corruptissima; præceptis non alia rectior, usu distortior, institutis innocentior, delictis culpatior, nulla forma elegantior, tritu æque rugosa, legibus comta magis, consuetudine æque maculata, regulis est maxime stricta, indulgentia nimis liberalis. Verbis sacra confert, iisque abstinet religiose, opere ea aufert, iisque involat sacrilege, compositissima, omnium laudatissima, dissolutissima, undique infamis, confessione cordatissima, professione turpiter vecors, cum qua credere tutum jucundumque sit, & salutare, vivere periculosum, triste & conscientiæ purissimum, cujus culpam omnium præsentissimam in fictitiam eam fidem nullibi fructificantem (o! vivificam illam, quæ Christi merito nixa sine ullo opere justificat & salvat) *sacramentorumque profanum & meritorium usum reficiendum putandum est; maxime ubi cæci & claudi* (2. Sam. 5. v. 6.) *& personata Idola sunt murorum Hierosolyma custodes & defensores, aut pro lucello privato modico publica res & universa negligitur, deseritur, proditur, & traditur, salvis interim rebus pactis & juribus admirabili plane & inaudito privilegio, ut, quam salva pietate violare sacra, salva vita interimere obvios, salva pudicitia vitiare virgi-*

Digitized by Google

nei; salva sobrietate inebriari mero, salva reverentia furere & debacchari, salva libertate mancipari carceri, salvis fortunis ire nudum in exilium liceat, ita æque bonum & honestum censeatur, privare bonis suis, & exlegem vivere atque agere privilegiis.

43. Bebenhusæ 12. Mart. 1652.

— Vivo perpetua quasi morte, maximum tempus doloris & languoris castro fixus. *Accedit flagellum a spiritu pædagogico*, quem cum alibi omni vita amassem & movissem, hic experior omnium scelleratissimum.

44. Bebenhusæ d. 25. Jan. 1653.

— Scribendum aliquid de calamitate mea. Est autem hæc non tantum a corporis cruciatibus continuis & diuturnis, quam animi mœrore, intuitu rerum indignissimarum contracto, durissima, ut vivere diutius sit amarissimum, dulce mori. Postquam enim nobis sacra sunt restituta, tanquam bello capta cedunt in prædam, Ecclesia in servitutem abiit, Ministerium infra bruta animalia est dejectum, ut jam vere & secundum literam dici de nobis possit, panem ereptum

Digitized by Google

liberis, projici canibus & margaritas porcis, canesque assidere mensæ, sub mensa liberos micas legere, paucis proselytis absolute dominantibus & sudorem nostrum sanguinemque prodigentibus. Quæ in Deum ingratitudo & injuria facit, ut exitium terris hisce metuam, formidabile infontibus & posteritati lamentabile. Hæ me curæ totum conficiunt in hoc carcere conclusum & ab omni humana conversatione destitutum. Unus *Augustus* meus supereſt, a quo malorum lenimentum juxta atque levamentum, qui vivat! — Quid de Tübinga fiat, post magnum hiatum, malo, alii dicant, quibus ἀιτροφία ejus & φαγέδαινα penitus sunt nota, nec te fortassis latet. Supereſt, ut qui metæ vitæ meæ hoc 67. ætatis anno meo accedere video ac palam sentio, mei memoriam, utinam diu superstiti, commendem tibi, quem in maximo amicorum numero selectissimum & pretiosissimum habui.

45. Bebenhusæ 12. Mart. 1653.

— Multum super Sion plangunt, multi in publica calamitate tripudiant. — Quæ apud nos exsuguntur, exprimuntur, extorsulantur, extrahunturque ad imum usque

Digitized by Google

fundum & ariditatem, *inaudito pridem luxu effunduntur.* — Morbus meus triſtiſſimus aliquantulum per vices remiſſior eſt, ſed quid reſtitutionis expectem, propiore ſemper ad vitæ metam acceſſu & operientis mortis intuitu, unde rejectis corporis ſarcinis & impedimentis, ſepoſitisque animi curis & diverticulis ad libertatis ſcopum contendere omni niſu votisque certiſſimumque eſt fatorum rationibus & rotationibus ſub manu Dei repoſitis.

46. Bebenhuſæ 21. April. 1654.

— Solamine, quo mihi in hac corporis & animi ægritudine vehementer opus eſt, non ſane habeo, quod de ſenectutis meæ gravedine conquerar, cum omnis ætas mihi imbecillis acta ſit & mirari potius jubeat, tam tenuem compagem ad hunc usque terminum potuiſſe perdurare. Illud potius dolet, poſtquam aulæ ſyrtes & curiæ ſcopulos enavigaſſe mihi viſus ſum, in portu ipſo tam ſævos ſordidiſſimi & pulverulenti venti afflatus experiri, quibus ipſis Te perſæpe agitatum probe memini. Nihil hoc rempeſtuoſius, perfidius, ingratius & nocen-

Digitized by Google

tium. *Boeclerus* Tübingæ expectatur, ubi nova facies rerum introducenda videtur, utinam quam prisca melior. Pax nobis ipso bello propemodum durior, nescio an diuturnior, justo Dei judicio, cui fidem inter flagella datam turpiter & impudenter eludimus. Gemit Ecclesia, jam mancipium; ejulat in compedibus Patria; patiuntur Boni; uni mali & fæx omnis hominum tripudiant. Evolemus nos & ad veriorem libertatem appellamus, quam concedat Christus. — Dannhaueri Christeis mihi in deliciis est.

47. d. 6. Aug. 1654.

Privata mea, vestra potissimum liberalitate, sic restaurata sunt, ut Philosopho sufficiant. *Besoldus* hostilem contra nos & patriam animum induxit, Herostrati forte famæ æmulus; quid non potest Religio?

48. d. 19. Dec. 1654.

Apud nos confusio regnat, avaritia consulit, egestas quæsturam agit, indignatio paret, ea facie, quæ interitui proxima. — *Berneggerus* antiquum obtinet, sive nimia

Digitized by Google

facilitate, sive aliqua frigiditate, magis alienæ eruditionis & famæ cultor, quam subdoli & noxii spiritus osor. Faciunt autem hoc nimiæ literæ, ut sacras literas persæpe obliterent.

Digitized by Google

IV.

Vereinigungs-Project

die

Evangelische Deutsche Fürsten

wieder zur Römischen Kirche

zu bringen;

entworfen zu Rom in den Jahren 1640.

* * *

Nach einer in Rom gefertigten gleichzeitigen Abschrift.

Digitized by Google

Digitized by Google

Zur Zeit der äußersten Erbitterung des so genannten dreyßigjährigen Krieges kamen gedruckte und geschriebene Vorschläge zu Ausrottung der Protestanten in Menge hervor, einige gröber, andere feiner; Friedens- und Vereinigungs-Vorschläge waren um so seltener, die Gährung der Gemüther war zu groß, um solchen Gedanken Raum zu geben. Nur die Jesuiten legten ihre Plane versteckter, bedächtlicher und auf langsamere, aber um so gewissere Wirkungen an, sie suchten zu erschleichen, was nicht mehr zu erringen war, sie suchten die zu fangen, die sie nicht mehr überwältigen konnten, List, scheinbares Nachgeben, Mildern allzuauffallender Principien, glatte Worte u. s. w. sollten vor Wahrheit und Ueberzeugung gelten und jedes noch so zweideutige, künstliche Mittel sollte gut genug seyn, wanns nur half.

Unter allen so genannten Rathschlägen dieser Gattung ist mir keins zu Gesicht gekommen, das den Umständen der Zeit und der handelnden Personen so angemessen, so rafinirt und abgeschliffen wäre, als diejenige Schrift, welche hiemit meines Wissens erstmals gedruckt, aus einer Handschrift

Digitized by Google

und unter dem Zeugniß eines angesehenen Manns in Hinsicht ihrer Authenticität, erscheinet.

Das vor mir habende Manuscript führt den Haupt-Titel: *Consilium Romanum* und unter demselben:

„Durch mein Vettern Herr Fabian ꝛc. von Rom mitgebracht 1644. mense Junio. Gott sey Lob und Dank.

Achaz Frhr. Dhona, der Elter mppr.„

Die Schrift nennt sich eine Consultation, diese ist es auch, sie mag nun erfordert oder von freyen Stücken erstattet seyn. Der Verfasser ist nicht genannt, vielleicht eben deßwegen, weil sie das Werk von mehreren ist. Jesuiter-Geist ist aber die belebende Kraft davon und die sorgfältige Empfehlung von Jesuiter-Schriften läßt nicht lange rathen, welchen Antheil sie daran gehabt. Jahr und Zeit sind eben so wenig benennt, daß aber der Aufsaz nach dem Tod des unvergeßlichen Helden Gustav Adolphs und nach der Nördlinger Schlacht, mithin zwischen den Jahren 1632. und 40. oder in den 40ger Jahren gefertiget worden, wird durch den ganzen Ton und Zusammenhang deutlich genug.

Beleuchtet man den Innhalt genauer, so muß man bekennen, daß die Catholische Geistlich-

Digitized by Google

keit in Herbeybringung Protestantischer Fürsten und Männer zur Römischen Kirche diesen Plan in vielen wesentlichen Stücken treulich befolgt habe. Man machte es mit der Religion so, wie es große Herrn mit dem Länder-Tausch im Sinn haben, man handelte auf Bausch und Bogen und nahms mit dem, was geglaubt oder nicht geglaubt werden wollte, nicht so genau, wanns nur im Hauptwerk richtig war.

Um den Uebergang nicht sowohl zu erleichtern, als vielmehr die Hindernisse desselben zu mindern, sollte die anerbotene Condescendenz und Nachgiebigkeit wegen der Stifter und anderer geistlichen Güter ein wirksames Vehickel abgeben. Nur war dabey die Rechnung ohne den Wirth gemacht, daß die Protestantische Fürsten aus Gnade und Connivenz des Pabsts vor sich und ihre Kinder das erhalten sollten, wovon sie schon selbst im Besiz waren und sich solches bereits so gut hatten schmecken lassen, daß kaum die Bedürfnisse der Kirchen und Schulen überall hinreichend bestritten werden konnten.

Eben so irrten sich die Verfasser dieses Plans darinn, da sie allzufreygebig voraussezten, daß bey einer Wiederkehr der Fürsten das Volk dem Beispiel und Vorgang seines Landesherrn sogleich zufallen und nachfolgen würde. Der Erfolg hat in

verschiedenen dergleichen Fällen das gerade Gegentheil bewiesen und die einzele aus Hunger und Noth zu Proselyten gemachte Diener eines Fürsten ersezten bey weitem den Schaden nicht, den die Hierarchie durch die von den Fürsten ihren Landständen und Unterthanen ertheilte Religions-Reversalen und Assecurationen erlitten hat.

Der feinste Zug in diesem ganzen Consilio ist, was in Hinsicht des Bücher-Verbots, ingleichen derjenigen Schriften angerathen worden, deren man sich zur Ueberzeugung der Protestantischen Fürsten von der Catholicität der Römischen Kirche und ihrer Grundsäze bedienen sollte. Die meiste derselben haben das Gepräge der Mystick und ich werde bey einer andern Gelegenheit umständlicher darthun, daß auf diesem Weg, durch diese Stimmung von Gesinn- und Empfindungen, durch die Ablenkung von einfältigem Glauben und Gehorsam an die Wahrheit und Offenbahrung auf Stolz und Schwärmereyen des eigenen Geistes immer die mehreste Eroberungen vor die alte Kirche gemacht worden und noch ferner werden gemacht werden. Nur konnten diese Schriften damahls das Glück nicht machen, das ihnen in spätern Zeiten geworden, der Haß des Parthiegeists war auf beeden Seiten viel zu groß und es war eine Art von Ehrlosigkeit, von einer Kirche zur andern

Digitized by Google

überzugehen, auch war der Religions-Unterricht der Evangelischen Fürsten und Herren viel gründlicher, buchstäblicher und dem kirchlichen System angemessener, als in folgenden Zeiten, und noch viel mehr, als zu unsern Tagen, wo die wenigste Grund zu geben wissen: Daß und warum sie Christen? geschweige warum sie Catholisch oder Evangelisch heißen? Doch hievon bey einer andern Gelegenheit ein mehreres.

* * *

Consultatio de modis Lutheranos Germaniæ Principes ad Ecclesiæ communionem reducendi, & Catholicæ Religionis exercitium in liberas Imperii civitates inducendi.

Hodiernus Imperator, pro suo Catholicæ fidei zelo, Anno 1609. *) Legatum Romam miserat, qui Paulum V. Pontificem ad suscipiendam de Principum Lutheranorum Germaniæ ad Ecclesiæ communionem reductionem impelleret. Judicabat enim, si dextre res gereretur, satis ex sententia successuram, ne-

*) Eigenhändige Anmerkung des Freiherrn von Dhona: Factum hoc esse oportet a Ferdinando, priusquam Cæsar factus esset.

que dubium habebat, *quin, reconciliatis ad Ecclesiam Principibus, unitissa mox Germania foret Catholica, quia Populi in ea Principum suorum factam sequi solere constet.*

Cum liberis Imperii Civitatibus nihil eo tempore agi posse judicabat, quoniam illæ, Principum hæreticorum consensu fretæ, nullam prorsus de religione tractationem admittebant, neque ratio ulla erat reliqua, Catholicos Sacerdotes & Religionis Catholicæ exercitium in eas inducendi, ipsi vero Principes propterea omnem actionem de religionis negotio aspernebantur, quoniam persuasissimum habebant, Catholicorum opiniones de plerisque fidei capitibus tam esse falsas, impias & Christo contumeliosas, ut eas vel in aures admittere nefas ac piaculare ducerent, simul autem tanta virium suarum fiducia tenebantur, ut se Catholicis, quicquid vellent, vel pertinacia ipsorum fatigatis, vel belli civilis metu perculsis extorturos confiderent.

Hodie autem Dei propitii voluntate verterunt se fortunæ, vehementerque mutata est rerum in Germania facies, nam & improba Principum hæreticorum spes omnis consummata est, & illi ultro Catholicorum vires metuunt, adeoque aures cuicunque tractationi

de

de pace & concordia accommodare parati sunt, plerique etiam, nisi Catholici fiant, *eorumque liberi ad ecclesiastica beneficia admittentur, suis familiis rem mox ad tegetem, extremamque inopiam, vel dicam ad interitum redituram prospiciant.* Minime ergo magni negotii fuerit, eis Catholicam Religionem persuaderi, *quam major pars saltem emolumenti causa amplecti cuperet, si salva conscientia id se facere posse intelligeret.*

Impedimenta. Intellectus in Protestantibus.

Hoc unum saltem eis objectum est impedimentum, quod errore facti laborant, hoc est de primariis fidei capitibus Catholicos longe aliter, quam sentiunt, sentire & credere persuasum habent. In Augustana enim Confessione sua, inque Confessionis illius Apologia, Articulisque Schmalcaldicis (quæ velut tria sunt fidei Lutheranæ symbola) hujusmodi crimina Catholicis Theologis impacta inveniuntur.

Docent, homines mereri remissionem peccatorum dilectione Dei ante gratiam.

Docent, ubique excluso Christo opera legis mereri justificationem.

Digitized by Google

Docent, homines juſtificari, ſeu remiſſionem peccatorum conſequi propter ſuam dilectionem & opera, non per fidem.

Docent, poſſe nos ex puris naturalibus Deum ſupra omnia diligere & juſtificatione ſine fide mereri.

Fidem in Chriſtum improbant, neque improbant tantum ſententiis & ſcriptis, ſed etiam ferro & ſuppliciis conantur in Eccleſia delere.

Docent, fidem non requiri in uſu Sacramentorum, ſed Sacramenta ex opere operato juſtificare.

Doctrina ex fide tamdiu jacuit ignota, ut omnes fateri neceſſe eſt de fidei juſtitia altiſſimum fuiſſe ſilentium. Omnes libri, omnes conciones de fide & exercitiis ejus mutæ erant, nusquam fidei mentionem faciunt, cum de remiſſione peccatorum loquuntur.

Docent, perfectionem chriſtianam, non fide & timore Dei, ſed in deſerendis civilibus conſiſtere.

Docent, vitam monaſticam eſſe meliorem baptismo.

Vituperant conjugium, tanquam vitæ genus, quod vix unquam Deo placeat, aut certe non placeat, niſi propter procreationem.

Digitized by Google

Concionatores olim tantum puerilia & non neceſſaria opera urgebant, ut certas ferias, certa jejunia, fraternitates, peregrinationes, cultus Sanctorum, Roſaria, Monachatum & ſimilia. Hæc adverſarii noſtri admoniti nunc dediſcunt, nec perinde prædicant hæc inutilia opera. Præterea incipiunt fidei mentionem facere, de qua olim mirum erat ſilentium. Docent, nos non tantum operibus juſtificari, ſed conjungunt fidem & opera; quæ doctrina tolerabilior eſt priore & plus afferre poteſt conſolationis, quam vetus ipſorum doctrina. Pleraque iſtorum, quæ adverſarii noſtri defendunt, fidem evertunt, ut qui damnant articulum de remiſſione peccatorum, in quo dicimus fide accipi remiſſionem peccatorum.

Quid intereſt inter Pelagianos & adverſarios noſtros? cum utrique ſentiant, homines ſine Spiritu ſancto poſſe Deum diligere & præcepta Dei facere, quoad ſubſtantiam actuum mereri gratiam ac juſtificationem operibus, quæ ratio per ſe efficit ſine Spiritu ſancto. Quam multa abſurda ſequuntur ex his Pelagianis opinionibus, quæ in ſcholis magna auctoritate docentur.

Digitized by Google

Quod allegant Ecclesiæ exemplum pro invocatione Sanctorum, constat, novum hunc in Ecclesia morem esse, nam veteres orationes, etsi mentionem Sanctorum faciunt, non tamen invocant Sanctos.

Ecclesiam definiunt Monarchiam externam supremam totius orbis terrarum, in qua oporteat Romanum Pontificem habere potestatem ἀναπεύδυνον, de qua nemini liceat disputare aut judicare, condendi articulos fidei, abolendi scripturas, quas velit, instituendi cultus & sacrificia, item condendi leges, quas velit, dispensandi & solvendi quibuscunque legibus velit, divinis, canonicis & civilibus, a quo Imperator & Reges omnes accipiant potestatem & jus tenenda regna, quare necesse sit, Papam esse Dominum totius orbis terrarum, omnium regnorum mundi, omnium rerum privatarum & publicarum, habere plenitudinem potestatis in temporalibus & spiritualibus.

Constat Romanos Pontifices cum suis membris defendere impiam doctrinam & impios cultus, ac plane notæ Antichristi competunt in regnum Papæ & sua membra. Papa sumit sibi jus, mutandi doctrinam Christi & cultus a Deo constitutos & suam doctrinam &

Digitized by Google

ſuos cultus vult obſervari tanquam divina, & addit, quod ſit de neceſſitate ſalutis, hæc omnia credere.

His conſentanea ſunt, quæ *Calvinus* ſcribit in Comment. 2. Theſi 2.: Papa ſuum eſſe gloriatur, quibus viſum eſt legibus conſcientias & cæteris pœnis ſubjicere, ſacramenta pro libidine ſua vel nova inſtituit, vel quæ a Chriſto inſtituta erant, corrumpit & vitiat, imo penitus abolet, ut in eorum vicem ſubſtituat, quæ finxit ipſe ſacrilegia media conſequendæ ſalutis aliena prorſus a doctrina Evangelii comminiſcitur. Totam denique religionem pro ſuo nutu mutare non dubitat.

Ejusdem *Calvini* verba ſunt initio Inſtructionis adverſus Anabaptiſtas: Nec non Papiſtarum more dicimus, ſacro ſanctas ſcripturas miſſas fieri oportere, ut auctoritati hominum acquieſcamus; hoc enim effugium cenſemus blasphemiam execrabilem eſſe.

Magnopere quoque Proteſtantibus omnibus hoc ſuum *Lutherus* mendacium perſuaſit, quod in ejus concione ſupra Evangelio de Annunciationis feſto legitur: Papiſtæ Mariam Deum conſtituunt, omnipotentiam ei in cœlo & in terra tribuunt. In Papatu omnes ſe ad

Digitized by Google

Mariam contulerunt, ac plus favoris & gratiæ ab ea expectarunt, quam ab ipso Christo.

Hæc ergo quam diu Hæreticorum Principes vera esse, itaque Catholicos sentire & credere persuasum habent, facile quivis judicaverit, conscientiam eis; quo minus Catholici fieri velint, obstare: Omnis ergo Catholicis in eo sumendus est labor, ut hunc facti errorem eis eximant, nosque alia omnia de jam expositis fidei capitibus credere demonstrent.

Quis agere debeat?

Verum magnopere ad rem pertinet, vel potius totum est in eo, quis? cum quibus? quoque modo agat? Ego quidem Imperatorem, cum Electore Bavaro, & Fratre Leopoldo, ac Palatino Neoburgensi hujus rei curam suscipere debere censeo, *exclusis non modo Theologis, sed etiam quibuscunque ecclesiasticæ professionis hominibus, ne Protestantes de religionis negotio secum agi suspicentur, suosque & ipsi Theologos adhibere postulent.* Imperatori & tribus, quos dixi, Principibus, nec doctrina, quantum res postulat, nec eloquentia deerit. Bavarus vero jam sui hoc in genere experimentum cepit, cum Neobur-

Digitized by Google

genſem actione privata a Lutheranismo ad Eccleſiæ communionem reduxit.

Primum vero omnium cum *Electore Saxoniæ* ejusque Genero, Georgio, *Haſſiæ Landgravio* & *Duce Luneburgico* actionem inſtituendam arbitror, quoniam tres iſti tum ob odia erga Calviniſtas, tum propter beneficia, quæ vel Catholicis jam debent vel ab iis expectant, propenſiore ſunt in Cæſarem & Catholicos voluntate, facileque Proteſtantium cereros auctoritate ſuperant. Et cum Landgravio quidem ipſe Romæ proximis annis iisdem de rebus egi, quantaque Catholicis in affingendis Eccleſiæ Romanæ id genus portentoſis opinionibus fiat injuria, ſatis ei probavi, ita ut minime dubitare ſe diceret, quin facile religionis diſſidium in Germania componatur, ſi Proteſtantibus planum factum ſit, ipſam Eccleſiam Romanam ſententias illas, quas ei tribui dixi, tanquam falſas & impias aſpernari.

Quomodo?

Jam modus ac ratio cum tribus iſtis agendi mihi probatur, *ut ne qua ſuſpicio eis obortatur, ſecum de religione actum iri.* Statim enim eam actionem illi deprecentur, ſeque

Digitized by Google

extra religionis causam Cæsari in omnibus fidelissimos fore, omnesque fortunas suas, ipsam denique vitam promtissime impensuros profiterentur. Verum ergo *Pacis publicæ negotium Cæsar præ se feret*, quod scilicet inter Ordines Imperii novam, eamque fidam ac stabilem pacem sancire cupiat, ne Germania denuo, ut præcedente tempore, funesto civili bello involvatur. Eam ob rem se tres illos elegisse, tanquam eos, quorum erga se fidem & boni publici studium satis perspexerit & auctoritate apud ceteros non parum valere sciat. Eos se proinde reliquorumque Catholicorum nomine rogare, ut Pacificatorum, sive pacis sequestrorum & interpretum partes in se suscipere, pacis publicæ fundamenta jacere, ejusque remoras & impedimenta de medio auferre velint. Hoc illi, satis scio, promte suscipient atque adeo Cæsari & Catholicis gratias agent, cum propter pacis constituendæ studium, tum quod sibi honoris habuerint, ut suas potissimum personas ad rem tantam idoneas conferent.

Huic proximum erit, ut eis demonstretur, frustra ullam de pace actionem suscipi, nisi prius illa de medio sint sublata, quæ causa sunt, cur partes aut pactis conventis stare non

Digitized by Google

velint, aut alteram partem in fide manſuram merito vereantur. Tales cauſas eſſe falſas Proteſtantium opiniones de Catholicorum fide & moribus, quod eos ſcilicet habeant pro blasphemis, impiis, perfidis, hoſtili erga ipſos tanquam hæreticos animo affectis, quibus datam fidem minime ſervandam eſſe credant. Has opiniones dum habeant Proteſtantes, certiſſimum eſſe, eos non ex animo aut ſincere cum Catholicis paciſci, ſed tempori modo ſervire & occaſionem tantum violandæ pacis expectare, & Catholicos hoc ipſum merito futurum ſuſpicari, cum has ipſas opiniones cauſas fuiſſe intelligant, cur priorem Religionis pacem adverſarii minime ſervarint. Ut igitur Saxo cum Collegis Pacificatoris munere recte fungi poſſint, ad rem pertinere, ut explorato diſcant, primum quales ſint injuriæ, quas ſibi factas Catholici conqueruntur, quasque ſe poſthac toleraturos negant? tum quibus illi modis injurias eas eſſe & quidem atrociſſimas, demonſtrent. His ita geſtis libros, quos in medio poſitos eſſe oportebit, hoc ordine in manus ſumentur, certaque loca in eis notata recitabuntur:

Primo: Ex Auguſtana Confeſſione ejusque Apologia & Schmalcaldicis Articulis,

Digitized by Google

aliisque Lutheri, Calvini aliorumque clarioris nominis Hæreticorum libris legentur verba ſupra recitata, quibus Catholici accuſantur, quod ſint blasphemi & impii, qui fidem & meritum Chriſti negent, qui hominem ex viribus naturalibus ante Dei gratiam legem implere, ſuamque juſtificationem & ſalutem operari poſſe credant, qui beatam Virginem, aliosque Sanctos ut beneficiorum auctores & cordium inſpectores invocent & in Chriſti locum mediatores conſtituant, qui Papæ divinam auctoritatem in abolendis libris canonicis & ſacramentis, divinis humanisque legibus, in regnis denique ſuo arbitratu dandis & auferendis tribuant, tum quod iidem Catholici ſint perfidi, quod Proteſtantes pro Hæreticis habeant & oderint, datamque illis fidem nequaquam ſervandam eſſe ſtatuant.

Secundo: Ex Concilio Tridentino recitabuntur decreta & canones de juſtificatione hominis per fidem, propter Chriſti paſſionem & meritum, ſic enim manifeſtum fiet Proteſtantibus, Catholicos in fidei fundamento rectiſſime ſentire, ſeque in illo fundamento cum Pontifice potius, quam cum Luthero & Calvino, credere.

Digitized by Google

Tertio: Sacerdotalia, ritualia, sive Agendæ Catholicarum Ecclesiarum in medium proferentur, ex iisque legetur Dialogus Sacerdotis & hominis animam agentis, in quo Sacerdos ægrotum de fide in Christum percunctatur, eumque, si vita æterna potiri velit, omnem suam fiduciam in sola Christi morte ac merito collocare, neque vel in propriis meritis, vel in ulla re alia spem habere jubet.

Quarto: In promtu erunt Catholicorum Theologorum libri, maxime Postillæ & sermones in civitatibus hodie Lutheranis, paulo ante Lutherum exortum typis descripti, ex quibus legentur omnia illa loca, quæ de merito ac passione Christi, de gratuita peccatorum remissione, de fidei necessitate, de ope a sanctis, non ut a beneficii datoribus, sed impetratoribus per Christum petenda & expectanda docent.

Quinto: Ex Sancto Bernhardo legentur verba ejus, quibus Pontificem Romanum Christi quidem in terris Vicarium, soloque Deo minorem, simul tamen non Dominum aut possessorem orbis, sed Gubernatorem modo & servum esse docet, cujus sit, non suam voluntatem facere, sed ejus, qui misit, illum, quem etiam ait in bestiam degenerare,

Digitized by Google

quotiescunque pro libitu sine ratione agat. Simul autem monebuntur Protestantes, omnes Catholicos, ipsumque præcipue Pontificem, Bernhardum pro sanctissimo viro habere, istamque ejus doctrinam indubitare veram & a Spiritu Dei inspiratam credere, sententiam vicissim ab ea discrepantem pro falsa & impia execrari.

Sexto: Ipsius Augustanæ Confessionis archetypon, sive Originale, quod Moguntiæ in Tabulario, sive in Archivio Imperii servatur, in medium proferetur, ex eoque legentur hæc verba: „Hæc summa est doctrinæ „ apud nos, in qua cerni potest, nihil esse, „ quod discrepet a scripturis, vel ab Ecclesia „ Catholico-Romana, quatenus nobis & scri„ ptoribus nota est. Quod cum ita sit, incle„ menter judicant isti, qui nostros pro hære„ticis haberi postulant. Tota dissensio est de „ paucis quibusdam abusibus, quæ sine certa „ auctoritate in Ecclesias irrepserant, in qui„ bus, etiamsi quædam esset dissimilitudo, ta„ men decebat hæc lenitas Episcopos, ut „ propter confessionem, quam modo recen„ simus, tolerarent nostros, quia nec canones „ quidem tam duri sunt, ut eosdem ritus ubi„ que esse postulent, neque similes unquam

Digitized by Google

„ omnium Ecclesiarum ritus fuerunt, quan-
„ quam apud nos magna ex parte veteres ri-
„ tus diligenter servantur. Et mox, cum Ec-
„ clesia apud nos in nullo fidei articulo dissen-
„ tiat ab Ecclesia Catholica, tantum paucos
„ quosdam abusus omittant, qui novi sunt &
„ contra voluntatem canonum vitio tempo-
„ rum recepti. „

His recitatis subtexentur verba Philippi Melanchtonis, qui Confessionis scriptor & interpres fuit, ex Epistolis ejus Lipsiæ editis pag. 146.: „ Ego non recuso periculum ju-
„ dicii apud quoslibet viros subire, si quod
„ dogma in nostra Confessione reperitur, dis-
„ sentiens vel a sacra scriptura, vel ab ipsa
„ etiam Ecclesia Romana. „ Et pagina 60.:
„ Nullam aliam ob rem plus odii sustinemus
„ in Germania, quam quia Ecclesiæ Romanæ
„ dogmata summa constantia defendimus.
„ Hanc fidem probabimus Christo & Roma-
„ næ Ecclesiæ ad extremum spiritum Deo
„ volente. Levis quædam dissimilitudo rituum
„ est, quæ videtur obsistere concordiæ, sed
„ ipsi canones fatentur concordiam Ecclesiæ
„ in hujusmodi rituum dissimilitudine retineri
„ posse. „ Ex istis Confessionis ab ipso ejusdem scriptore declaratis verbis necessario con-

Digitized by Google

ſequitur, falſa eſſe omnia illa, quæ Romanæ Eccleſiæ ejusque ſcriptoribus in fundamentalibus fidei articulis dogmata adſcribunt.

Septimo: In Apologia Confeſſionis Auguſtanæ ab eodem Melanchtone ſcripta hæc ejus verbo Articulo 2do recitabuntur: „ Vetus peccati definitio, cum inquit, peccatum „ eſſe carentiam juſtitiæ, hæc ergo definitio „ detrahit non ſolum obedientiam inferiorum „ virium hominis, ſed etiam detrahit notitiam Dei, fiduciam erga Deum, timorem „ & amorem Dei, aut certe vim iſta efficiendi „ detrahit. Nam & ipſi Theologi in ſcholis „ tradunt, iſta non effici ſine certis donis & „ auxiliis Dei. „ Hinc planum fit, mentiri Confeſſionem, quotiescunque dicit: Catholicos Theologos docere, non poſſe ex puris naturalibus & ante auxilium gratiæ diligere Deum & gratiam ac juſtificationem noſtris operibus ſine ſpiritu ſancto mereri.

Octavo: Recitabuntur varia Lutheri *loca* ex libris, ante & poſt Confeſſionem Auguſtanam editis, quibus prolixe confitetur, in Eccleſia Romana perpetuo verum Apoſtolatum & docendi officium, vera Chriſti ſacramenta, veram Chriſtianitatem, imo verum Chriſtianitatis nucleum permanſiſſe, in eaque multos &

Digitized by Google

magnos Sanctos inveniri, idque se cogi, Papistis largiri & cedere, neque ullo modo negare posse, inprimis quoque, quod mos hic in Ecclesia Romana permanserit, hominibus animam agentibus ostensa Christi crucifixi imagine memoriam passionis Christi renovandi, ut in Christi morte fiduciam omnem sibi collocandam intelligerent.

Nono: Exhibebitur liber Amphotidum Scioppianarum An. 1611. editus, in quo continetur Scioppii libellus ad Clementem Papam Octavum, qui docet: Protestantes Germaniæ, etsi in fide errantes, non posse salva charitate Hæreticos vocari, quos etiam Romæ, sine ullo Inquisitionis metu & cum omni hospitalitatis & benevolentiæ significatione accipi suadet. Subjicitur postea Epistola Nepotis Pontificii, Cardinalis Sancti Georgii ad hodiernum Imperatorem scripta, in qua testatur, Pontificem Scioppii consilio usum esse, eamque illius pro Protestantibus sollicitudinem pergratam habuisse.

Decimo: Exhiberentur ex ejusdem Scioppii aliorumque Catholicorum, *præcipue vero Jesuitarum*, libris ea loca, quæ docent, Catholicos fidem in quocunque licito & honesto pacto servare Hæreticis debere, neque a Pon-

Digitized by Google

tifice Pacem Religionis in Imperio ſanctæ diſſolvi poſſe & fidei Catholicorum ac Germanorum Principum convenire, ut ſtent pactis conventis, etiam ſi viribus multo ſuperiores ſint, & Auguſtanæ Confeſſionis ſocios in fide manentes bello vincere ac ſibi ſubjicere poſſe videantur.

Fructus talis actionis.

Iſta actio horis omnino tribus finiri poteſt, eaque Cæſar id conſecutus fuerit, ut Saxo & Collegæ ejus cognoſcant, atrociſſimam omni ex parte injuriam Catholicis fieri, Romanam Eccleſiam de fidei fundamento recte & ſacris literis congruenter credere, Pontificem nequaquam Antichriſtum eſſe, Confeſſionem Auguſtanam & Apologiam de Schmalcaldicos Articulos omne fundamentum in mendaciis impudentiſſime confectis collocaſſe, iisque majorem ipſorum partem turpiter circumveniſſe. Ita in reliquis fidei controverſiis, Lutheri, Melanchtoni & Calvini doctrinam merito ſuſpectam habebunt, de Catholicorum vero ſententia melius exiſtimabunt, maxime ſi ex ipſa Magdeburgenſium Centuriatorum Confeſſione, quam Scarpiaco meo complexus ſum, diſtincte diſcant, omnes ſanctos Patres & Eccleſiæ

Doctores

Digitized by Google

Doctores primis quingentis post Christum annis per omnia cum Catholicis, non cum Lutheranis, sensisse.

Impedimentum voluntatis in Saxonico Duce.

Verum ne Saxonem vectigalium minuendorum metus remoretur, quod tres obtineat Episcopatus, quos, si Catholicus fiat, aut Pace Religionis stare velit, cedere necesse habet, per Generum ejus Landgravium Cæsar & Catholici Principes ei confirmare possunt, fore, ut ei Pontifex in Ecclesias illas Jus Patronatus impertiatur, eoque modo non tantum nihil Saxonicæ familiæ decessurum, sed emolumenti quoque non minimum accessurum esse; Electoris enim arbitratus erit, ex filiis aut consanguineis, quem velit, Episcopatibus illis sua nominatione imponere & reliquis certas pensiones annuas ex eorum fructibus a Pontifice impetrare; simul etiam qui ejus familiæ fient Clerici, Moguntino, Colonienſi, Trevirensi, Magdeburgensi & Bremensi Archiepiscopatibus, allisve Episcopatibus potiri poterunt, cujus rei ante Lutheranismum exortum plurimæ in omnibus Germaniæ Principum familiis exempla inveniuntur.

Digitized by Google

Episcopatus Germaniæ ab Hæreticis occupati.

Sed in cæteris Saxoniæ inferioris & Westphaliæ Ecclesiis, in Archiepiscopatibus Magdeburgensi & Bremensi, in Episcopatibus Havelburgensi, Brandenburgensi, Lebusiensi, Lubecensi, Caminensi, Razeburgensi, Slesvicensi, Werdensi, Mindensi & Halberstadiensi, postulandum est Catholicis, ut stetur legibus de religionis pace latis, hoc est, ut neque Episcopatus, neque Canonicatus, neque Commendæ equestres ab iis, qui Catholici non sunt, obtineantur. Et quoniam plerosque illos Episcopatus Cæsareus & Catholici foederis exercitus jam occuparunt, ceteris etiam mox potituri videntur, minore negotio suum Catholici jus obtinuerint.

Qua conditione recuperari debeant.

Nihilominus pacis causa per eosdem arbitros, Saxonem, Landgravium & Luneburgicum, ita res componi poterit, ut Principibus, qui Episcopatus illos hodie tenent, certa fructuum pars quotannis pendatur a Catholicis, quos sibi subrogari visum fuerit. Canonicis similiter Lutheranis, qui Canonicatus suos magna pecuniæ vi emerunt, similiter ab Eccle-

Digitized by Google

ſiarum Capitulis de arbitrorum ſententia penſio præſtetur, ſed in defunctorum locum Catholici ſubrogentur.

Juſtiſſima Catholicorum poſtulata.

Fortaſſis autem non minus Proteſtantium Principes Catholici a Lutheranismo ad Eccleſiæ communionem reducent, ſi in publico Imperii conſeſſu eadem omnia præſtent, quæ cum Saxone & ſociis agenda eſſe docui. Hoc certe recuſare non audebunt, quin obtineant Catholici, quod omni eis jure deberi agnoſcent, nempe ut a Proteſtantibus ea, quæ Pacis religioſæ capitibus continentur, hoc eſt, ut Catholicis Epiſcopatus, Canonicatus & Commendæ reſtituantur, ut in Civitatibus Imperialibus Eccleſiæ illæ & Monaſteria, quæ adhuc An. 1555. in Catholicorum poteſtate fuerunt, reſtituantur, ut Epiſcopis in Civitatibus & Principatibus Lutheranis Jurisdictio ſuo ſalva ſit, ubi per eam religio illorum non impeditur, ut Calviniſtæ non minus, quam Anabaptiſtæ & Schwenckfeldiani, ex Imperio proſcribantur, ut Auguſtana Confeſſio ex Archetypo deſcripta nonniſi ab uno Typographo ei allegatis typis publicetur, in ejusque eum textum tam ſenſum ab ipſa ſignificatum

Digitized by Google

omnes Lutherani Prædicantes ac Ludimagistri jurare necesse habeant, sed Confessionis Apologia & Schmalcaldici Articuli, tanquam falsos & multiplicis mendacii palam convictos, vereque libellos famosos esse constet, aboleantur, nec ea quisquam impune habere possit. Similiter denique ut omnes alii libri, qui de Catholicorum fide & moribus mentiuntur, & pacem publicam turbare possunt, in perpetuum veterentur, infamiæ & exilii pœna in eos statuta, penes quos posthac inventi fuerint.

Protestantes sine impudentia ea recusare non possunt, sed non recusare audebunt.

Ista omnia Catholicis concedi æquissimum omnibus videri necesse est. Permittitur enim libertas in Imperio Catholicæ Confessioni & Augustanæ, nec in textu nec in sensu adulteratis, verantur autem omnes aliæ sectæ, omnesque libri, qui alterutri religioni adversantur. Sancitur etiam, ut pace prius facta, quæque contra ejus pacta sunt commissa, in integrum restituantur. Itaque nihil est in Catholicorum postularis, quod non sit justum & æquum. Et quoniam Catholicorum causam Deus ita prosperavit, eosque continuis victoriis Hæreticis formidabiles reddidit, non re-

Digitized by Google

mere quisquam eis, quo minus justum obtineant, intercedere audebit. Hoc pacto Religio Catholica in multos Principatus & Respublicas sexaginta amplius annorum intervallo postliminio reducetur, tot Archiepiscoparus & Episcoparus Hæreticis erepti in Catholicorum jus ditionemque concedent, hæresis Calviniana ex Imperio exulabit, Lutherana vero fraudis, mendacii & contumeliæ multiplicis in publica luce convicta tam contemta evadet, ut ejus honestissimum quemque pudere necesse sit.

Anhang.

Vorschlag, auf was Art und Weise ganz Deutschland zur Catholischen Religion wieder zu bringen seye; auch aus Rom; vom Jahr 1614.

Dieweil ganz Deutschland zu diesen unsern Zeiten in so viel Fürstenthümer abgetheilt, also daß es kaum mehr eine Majestät und Gestalt einer Monarchie behalten, scheint und dünket derowegen uns fast schwer und unmöglich zu seyn, in demselben durch Ihrer Kaiserlichen Majestät Fleiß, Mühe und Arbeit allein, die Römisch Catholische Religion, von welcher seit 80. Jahren her

Digitized by Google

viel Fürsten und Städte desselben in großen und weiten landschaften, durch Anstiftung und Handreichung des leidigen Teufels, schändlicher Weise abgetreten, möchte wiederum angerichtet werden, aus welcher Ursachen dann und nachdem Ihre Päbstliche Heiligkeit, als der die Fortpflanzung der Römischen Catholischen Religion hoch und sehr angelegen, ein gnädiges Einsehen gethan und diese Sache in Acht genommen, so wollen wir, so viel möglich, den Statum und das Wesen in der Religion, auch wie dieselbige könne fortgepflanzt werden, zu beschreiben für und an die Hand nehmen.

Und obwohl in Deutschland viel Fürstenthümer und Städte gefunden werden, welche von der heil. Römischen Kirchen ganz und gar abgefallen, sind doch nichts destoweniger fast in allen derselben Gegend, als Sachsen, Dännemark, Hessen, Pfalz, Würtemberg, Brandenburg, Braunschweig und dergleichen, noch viel Römisch-Catholische Kirchen, welche von etlichen Freyherren, Bischöffen und andern geistlichen Herren und Prälaten unterbauet und erhalten werden, also daß nicht gar den Römisch-Catholischen (wie zwar etliche vermeinen) Thür und Riegel geschlossen und fürgeschossen wäre, damit sie bey denselbigen Völkern die Römisch-Catholische Religion nicht könnten wiederum anordnen, derowegen und nach-

Digitized by Google

dem die Kirchen-Väter ihr Gemüth dahin gewendet und getrachtet, wie sie angeregten Landschaften in Religions-Sachen Handreichung thun möchten, trauen sie ihnen gänzlich, daß dadurch und auf solche Weise Thür und Angel zu ernannten Landschaften ihnen aufgeschlossen seye.

Zu dem dann auch die kezerische Fürsten unsern Ordens-Leuten und Glaubens-Genossen nicht so gar griesgram, damit ihnen auf dero Bewilligung, ihre Städte zu durchwandern, nicht vergünstiget und zugelassen sey, denn ja bis dato die Jesuiten, so zu Maynz sich aufhalten, durch die Pfalz frey und sicher zu gehen, und also etliche Tage still zu liegen, nicht Scheu tragen. Deßgleichen diejenigen, so zu Augsburg und in Bayerland sind, umgehen den ganzen Crays des Wüttemberger und Schwaben-Landes sicher und nicht ohne Frucht.

Demnach und fürs andere, weil etlichen Freyherren und Bischofen, so noch zur Zeit in besagten Fürstenthümern einige Jurisdiction, Recht und Gerichtszwang erhalten, ihr Exercitium Religionis unverwehrt, frey und sicher zugelassen, welches sie dann auch hin und wieder in wohlgedachter Fürsten Oertern und Gebiet üben, werden allezeit getreue Arbeiter und Boten, welche die irrige Seelen zu gewinnen dahin geschickt,

Digitized by Google

sichere und freye Wohnung finden, durch welche Gelegenheit sie dann mit denjenigen, so noch in vielen Orten schwanken, irrig und nach Erkänntniß der Wahrheit Verlangen tragen, handeln, besprechen und in Römisch-Catholischer Religion erbauen können, mit welchen auch nochmahlen auf Mittel und Wege, die Religion fortzupflanzen, getrachtet muß werden. Diejenigen, so bishero in diesem Dienst ihren Fleiß angewendet, referiren und zeugen einhellig, die Ernde sey zwar groß, aber der Arbeiter wenig. Und in Wahrheit, wir haben in jeztabgelaufenen Jahren allhie zu Rom eine große Anzahl Volks deutscher Nation befunden, welche ihren kezerischen Irrthum wiederrufen, abgedankt, ihr Vaterland verlassen und zur Römischen Kirche getretten, unter welchen denn ansehnliche und fürtreffliche Männer sind.

Derhalben muß man allen Fleiß ankehren, damit viel mehr Arbeiter dahin gesandt, welche, der Absolution halben, gevollmächtiget müßen werden; man soll auch denjenigen, so bereits daselbsten sind, Geld und andere Hülfe, so nunmehro zum oftermahlen von ihnen erfordert und begehret, beweisen, sintemahl gewiß und wahrhaftig die Kezer vielmehr zur Buse und Bekehrung durch Werke der liebe und Freygebigkeit, denn durch andere Mittel, gereizet werden.

Digitized by Google

